bus iuxta morem urbis et puinciæ suæ familiari9 apls
utit. Ex quibus exempli gratia pauca ponenda sunt.
Mihi autem parum est iudicari ab humana die. Hoc ẽ 1.Cor.4.
απροανθρωπινης ημερας: & humanum dico. Hoc est
ανθρωπινον λεγωονκατεναγκησανμας. Hoc est nõgra/
uaui uos: ut nunc dicit μηλειςνμας καβραβετετω. i. nul
lus brauiũ accipiat aduersuꝫ uos. Quibus et aliis mul
tis uerbis usqꝫ hodie utunt Cilices. Nec hoc miremur
in apostolo: si utat eius linguæ consuetudine: in qua
natus est: & nutritus cũ Virgilius alter homerus apd
nos patriæ suæ seqnens consuetudinem sceleratũ fri/
gus appellet. Nemo ergo uos superet ac deuincat uo/
lens in humilitate litteræ sequi & angelorum religio
nem atqꝫ culturam: ut non seruiatis spiritali intelligẽ
tiæ: sed exemplaribus futurorum quæ nec ipe uidet: q
uos superare desiderat siue uidit utrũqꝫ em habetur in
græco. Præsertim cum tumens ambulet: & incedat in
flatus mentisqꝫ superbiam gestu corporis præferat.
Hoc em significat εματενωνσοβαρος. Frustra autem in S
flatur & tumet sensu carnis suæ: carnaliter cuncta in/
telligens & traditionum iudaicarum deliramenta p/
quirens: & non tenens caput omnium scripturarum
illum de quo scriptum est. Caput uiri christus est. Ca/ 1.Cor.11.
put autem ac principium totius corporis eorumqꝫ qui
credunt: & omnis intelligentiæ spiritalis ex capite cor
pus ecclesiæ per suas compages atqꝫ iuncturas uitaleꝫ
doctrinæ cælestis accipit succum: ut omnia paulatim
membra uegetentur: & per occultos uenarum meatꝰ
fundat defœcatus sanguis ciborum & ministret atqꝫ
succrescat: immo teneat temperantia corporis: ut de
fonte capitis rigati artus crescat in perfectionem dei:
& impleat saluatoris oratio. Pater uolo ut sicut ego & Io.17.
tu unum sumus: sic & isti in nobis unum sint: ut postq
nos christus tradiderit patri: sit deus omnia in omni/
bus. Tale quid & in uerbis & in sensibus & in genere
locutionis obscurissimæ scribit ad Ephesios. Veritatẽ Eph.4.
autem loquentes in charitate: crescamus in illo per
omnia: qui est caput christus: ex quo totum corpus
cõpactum & connexum per omnem iuncturam sub/
ministrationis secundum operationem in mensuram
uniuscuiusqꝫ membri augmentum corporis facit ædi
ficationem sui in charitate: super quo in commenta/
riis eiusdem æpistolæ plænius diximus. Loquimur au
tem uniuersa contra eos qui credentes ex iudæis ĩ do/
minum saluatorẽ iudaicas cerimonias seruare cupie/
bant. Super qua & in actibus apostoloꝝ nõ pua q̃stio
concitata est. Vnde supra Paulus ait de his qui magi

Col.2. ſtros legis eſſe ſe iactant. Nemo vos iudicet in cibo & potu q̄ alia mūda ſit: alia īmūda: aut in pte diei feſti: ut alios dies feſtos putēt. alios nō feſtes. Nobis em̄ q xp̄m credimus reſurgentē iugis & æterna feſtiuitas eſt. Aut i pte neomeniæ hoc eſt Kalēdarū & mēſis noni: qñ decreſcens luna finit: & noctis umbra tegitur. xp̄ianoꝝ em̄ lumen æternuꝫ eſt: & ſemp ſolis iuſticiæ radiis illuſtrat. Aut in pte ſabbatoꝝ ut nō faciant ſeruile opus: & onera nō portent: qa nos ſumus xp̄i libertate donati: & onera p̄cōrū portare deſinimus. Hæc inqt oīa umbra ſunt futuroꝝ & imagines uenturæ fœlicitatis ut in q̄bus iudæi hæſitāt iuxta litterā: & tenentur in terra: nos iuxta ſpm̄ trāſeamus ad xp̄m: q ad diſtinctionē umbraꝝ nūc eorpus appellat. Quō em̄ in corpe uerita s eſt. & in corpus umbra mendaciū: ſic in ſpirituali intelligentia mundus oīs & cibus & potus & tota feſtiuitas & ppetuæ kalēdæ & æterna requies expectāda eſt. Querimus qd dicere uoluerit in humilitate & religione angeloꝝ: aut quem ſenſum habeat? Ex quo dñs locutus eſt ad diſcipulos. Surgite abeamus
Ioh.14. hinc: & relinquet uobis domus ueſtra deſerta: & lo/
Mar.23. cus in quo dñs ſpiritaliꝫ crucifixus eſt ægyptus uocat & ſodoma: oīs iudaicaꝝ obſeruationū cultura deſtructa eſt: & quaſcūq; offerūt uictimas nō deo offerūt: ſꝫ angelis refugis & ſpiritibus immūdis. Nec mirū ſi hoc
T poſt paſſionē dñi faciāt: cū p Amos quoq; pphetā di/
Amos.5. cat ad eos. Nunqd hoſtias & uictimas obtuliſtis mihi quadraginta annis in deſerto domus iſrael: & aſſumpſiſtis tabernaculū moloc: & ſydus dei rēpha? figuras quas feciſtis ut adoretis eas. Quod plenius in contione iudaica ſtephanus martyr exponēs & reuoluens hiſtoriā ueterem ſic locutus eſt: &
Act.7. uitulū fecerunt in diebus illis: & obtulerūt hoſtias idolo: & lætabant in operibus manuū ſuaꝝ. Cōuerſus aūt deus eſt: & tradidit eos ut colerēt militiā cœli: ſicut ſcriptū eſt in libro pphetarū. Militia aūt cœli nō tm̄ ſol appellat & luna & aſtra rutilātia ſed oīs angelica multitudo eorūq; exercitus q hebraice appellant ſabaoth. i. uirtutum ſiue exercituū. Vnde & in euāgelio iuxta lucā legimus. Et
Luce.2. ſubito facta eſt cū angelo multitudo militiæ cœleſtis laudātiū deū & dicentiū. Gloria in altiſſimis deo: & in terra pax hoīb9 bonæ uolūtatis. Facit em̄ deus angelos ſuos ſpūs & miniſtros ſuos ignē urētē: & ut ſciamus ſemp eos quí colebant idola licet i tempore hoſtias uiderent offerre nō deo eas obtuliſſe: ſed angelis per Ezechiel plenius diſcimus. Dedi eis iuſtificaEze.20. tiones & præcepta nō bona. Non em̄ ſanguinem hircorū aut tauroꝝ quærit de9: ſed ſacrificiū dñi ſpūs cō tribulatus cor contritum & humiliatum deus nō ſpreuit. Et ꝓpterea qui uitulu3 fecerūt in oreb: & coluerūt ſydus rempha: de quo in ꝓpheta Amos plenius diſſeruimus. Adorauerunt figuras quas ipſi fecerūt: & tradidit eos: ut ſeruirent militiæ cœli: quæ nunc abapoſtolo dicit religio angeloꝝ. Pro humilitate in græco Ταπεινοφροσυνη legit. i. humilitas mentis ſine ſenſus Vere em̄ humilis ſenſus & miſerāda ſuſpitio deū credere hircorū atq; tauroꝝ ſanguine delectari & ſodore thimiamatis quem ſæpe hoies declinamus. Quod autem ſequit. Si mortui eſtis cū xp̄o ab elementis mūdi: quid adhuc tanq̄ uiuentes in mundo decernitis? ne tetigeritis neq; guſtaueritis neq; contrectaueritis q̄ ſunt omnia in interitum ipſo uſu ſecundum præcepta & doctrinas hominum quæ ſunt rationem quidem habentia ſapientiæ: in ſuperſtitione & humilitate & nō ad parcendum corpori: non in honore aliquo ad ſaturitatem carnis: hunc nobis habere ſenſum uidetur. Curramus per ſingula: & obſcuritatem ſenſuum atq; uerborum chriſto reſerante pandamus. Si baptizati eſtis in Chriſto: & cum chriſto in baptiſmate cōſepulti: mortui autem ab elementis mundi: ꝓ eo quod ei elementis: cur mecum non dicitis. Mihi autem abſit gloriari niſi in cruce domini noſtri ieſu xp̄i: per quem mihi mundus crucifixus eſt: & ego mundo? Nec audiſtis dominum dicentem ad patrem. De mundo non ſunt: ſicut & ego non ſum de mundo. et mundus odit eos: qm̄ nō ſūt de mūdo ſicut et ego ſū de mūdo. Sed ecōtrario q̄ſi uiuētes i mūdo decernitis. Ne tetigeritis corpus homis mortui: nec ueſtimentum & ſcabellum in quo ſederit mulier mēſtruata. Neq; guſtaueritis carnem ſuillam: & leporum & ſepiarum: & loliginum murenæ & anguillæ: & uniuerſorum piſcium: q ſquāmas & pennulas nō habent quæ omnia in corruptione et interitu ſunt ipſo uſu & ſtercore digerunt: eſca em̄ uentri: et uenter eſcis: et omne quod intrat per os non coinquinat hominē: ſed ea quæ de nobis exeūt Secundum præcepta inquit: & doctrinas hominuꝫ illud quod Eſaias loquit. Populus hic labiis me honorat cor uero eius longe eſt a me. Fruſtra autem colunt me docentes doctrinas hominum & præcepta. Vnde & dominus corripit phariſæos: dicēs. Irritum feciſtis mandatum dei: ut traditiōes ueſtras ſtatueritis. Deus em̄ dixit: honora patrem & matrem & qui maledixerit patri uel matri: morte moriet̄. Vos autem dicitis quicunq; dixerit patri uel matri munus quodcūq; eſt ex me: tibi proderit: & non honorificauit patrem ſuū aut matrem: & reliqua. Quibus infert. Et irritum feci

stis mandatū dei ꝓpter traditionē uestrā. Quantæ traditiões pharisæoꝝ sint quas hodie uocāt δευτερωσεις & quā aniles fabulæ reuoluere nequæo. Neq; em̄ libri patiē magnitudo. Et plæraq; tam turpia sunt: ut erubescam dicere. Dicam tn̄ unum in ignominiā gentis inimicæ. Præpositos habent synagogis sapientissimos quosq; fœdo opi delegatos ut sanguinem uirginis siue mēstruatæ mūdum uel imundū si oculis discernere nō potuerint gustatu ꝓbent. Propterea quibus iussum est ut diebus sabbatoꝝ sedeat unusquisq; in domo sua & non egrediat: neq; ambulet de loco in quo habitat Si qñ eos iuxta litteram cœperim9 artare: ut nō iaceāt non ambulent: nō stent sed tm̄ sedeant. Si uelint p̄cepta seruare: solent respōdere & dicere Barrachibas: & Symeon & Helles. Magistri nostri tradiderūt nobis ut duo milia pedes ambulemus in sabbato & cætera huiusmodi doctrinas hominū p̄ferētes doctrinæ dei. Non quo dicam9 sedendū semp esse in sabbato: & de loco in quo quis fuerit occupatus: pœnitus nō recedēdum: sed id qđ impossibile legis est in quo infirmat per carnem spirituali obseruatione cōplendū sit. Sequitur. Que sunt qdem rationē habentia sapiētiæ: hoc loco quidem cōiunctio superflua est quod in plæriscq; locis ꝓpter imperitiā artis grāmaticæ apostolū fecisse reperimus. Neq; em̄ sequit uel alia cōiunctio: quæ solet ei prępositioni: ubi quidē positū fuerit respōdere. Vident igitur obseruationes iudaicæ apud imperitos: & uilē plæbiculam imaginē habere rationis: humanæq; sapiētiæ. Vnde & doctores eorum σοφι. hoc est sapientes uocant. Et si quādo certis diebus traditiones suas exponūt discipulis suis solēt dicere σισοφοι διδασκουσιν: id est sapientes docent traditionēs. Pro superstitione in græco εθελοθρησκεια. iam positū est hoc est falsa religio: & pro humilitate ταπεινοφροσυνη. quæ magis uirtutē solet sonare q̄ uitiū. Sed hic ταπεινοφρονειν sic est itelligēdū q̄ humilia sētiat: atq; terrena αφειδειν autem σωματος cuius nomen latinus sermo nō explicat apud nos dicitur: ad non parcendū corpori. Non parcunt iudæi corporibus suis in assumptiōe ciborum cōtemnentes interdū quæ habent: & quærentes q̄ nō habent. Ex qua necessitate debilitates interdū & morbos contrahūt. Nec honorē aūt semetipos cū oia mūda sint mūdis nihiloq; possit eē pollutū qđ cū gratiarū actione percipit: & iccirco a dño sit creatum: ut saturitate & adimpletione carnis humanos artus uegetet: atq; sustentet. Elementa autem a quibus cōsepulti immo mortui sum9 lex Moysi: & omne uetus testamētum intelligendū est. Quibus quasi ab elemētis & religionis exordiis deum discimus. Quomodo em̄ elementa appellant litteræ ꝑ quas syllabas ac uerba cōiungimus & ad texendam orationē longa meditatiōe procedimus. Ars quoq; musaica habet elementa sua. Et geometrica ab elementis incipit linearū. Et dialetica atq; medicina habent εισαγωγας suas. Sic elementis ueteris testamenti: ut ad euangelicā plenitudinem ueniat sancti uiri eruditi infantia. Vnde centesimusde cimusseptimus psalmus & omnes alii qui litteris prænotant per ethica3 nos ducūt ad theologicā & ab elemētis occidentis litteræ: quæ destruitur transire faciūt ad spiritū uiuificantem. Qui ergo mundo & elemētis eius mortui sumus non debemus ea seruare quæ mūdi sunt quia in altero initium in altero perfectio est.

¶ Quid sit qđ idem apostolus ad Thessalonicenses scribit. Nisi discessio uenerit primū: & reuelatus fuerit homo peccati: & reliqua. 2.thes.2

Questio XI.

IN prima ad Thessalonicēses dixerat. De temporibus aūt & momentis fratres non necesse habetis ut scribam uobis. Ipsi enim diligēter scitis: quia dies domini sicut fur in nocte: ita ueniet. Cum em̄ dixerint pax & securitas: tunc repētinus illis stabit interitus sicut dolor in utero habentis: & nō effugient. Supra em̄ ad eos scripserat: hoc uobis dicimus in uerbo domini? Quia nos q uiuimus qui residui sumus in aduentu domini non p̄ueniemus eos q dormierunt quoniam ipe dñs in iussu & in uoce archāgeli: & in tuba dei descēdet de cœlo: & mortui qui in christo sunt: resurgent primi. Deinde nos qui uiuimus qui residui sumus simul rapiemur cū illis in nubibus obuiā dño in aera: & sic semper cum domino erimus. Itaq; cōsolamini inuicē i uerbis istis Quod audientes macedones non intellexerunt quos secum uiuentes apostolus uocet: & qui dicātur relidui qui cum illo rapiantur in nubibus obuiam domino. Sed arbitrati sunt dum adhuc essent in corpore & antecq; gustarent mortem: christum in sua maiestate futurum. Quod apostolus audiens: rogat eos & adiurat p aduentum domini nostri iesu christi: ut non cito moueant: neq; per spiritum: neq; per sermonem: neq; p æpistolam tanq; ab eo scriptam: quasi instet dies domini. Duos autem esse aduentus domini saluatoris: & omnia prophetarum docent uolumina: & euangeliorum fides: q̄ primum in humilitate uenerit & postea sit uenturus in gloria ipso domino protestante q̄ ante consummationē mundi uentura sint: & quomodo uenturus antichristus: quādo loquit ad apostolos

Mar. 13. Cum uideritis abominationē desolationis: quæ dicta
Dañ. 9. est a Daniele ꝓpheta stante in loco sancto: q legit intelligat: tunc qui in iudæa sunt fugiant ad montes: & qui in tecto non descendāt tollere aliquid de domo sua. Et iterū tunc si quis uobis dixerit. Ecce hic christꝰ aut illic: nolite credere. Surgēt em̄ pseudo xp̄i & pseudo ꝓphetæ: & dabūt signa magna & ꝓdigia: ita ut in errorē inducant si fieri pōt etiā electi. Ecce p̄dixi uobis. Si ergo dixerint uobis. Ecce in deserto est: nolite exire. Ecce in penetralibus nolite credere. Sicut enim fulgur exit ab oriente: & paret usq; in occidētē: ita erit aduētus filii hominis. Ac deinde. Tunc apparebit signū filii hominis in cœlo: & uidebunt filiū hominis uenientē in nubibus cœli cum uirtute multa & maiestate: & mittet angelos suos cum tuba & uoce magna: & cōgregabit electos eius a quattuor uentis: a summo cœlorū usq; ad terminos eorū. Rursumq; de antixp̄o
Io. 5. loquit ad iudæos. Ego ueni in noīe patris mei & non credidistis mihi. Si alius ueniet in noīe suo: illū suscipietis. Igit Thessalonicēsium animos uel occasio nō intellectæ æp̄læ uel ficta reuelatio: quæ per sumniū decepetat dormiētes: uel aliquorū cōiectura Esaiæ & Danielis euangeliorūq; uerba de antichristo prænūciata in illud tempus iterp̄tantiū mouerat: atq; turbauerat: ut in maiestate sua tunc christū sperarent esse uenturū Cui errori medet apostolus & exponit quæ ante aduētum christi debeant præstolari: ut cū illa facta uiderit tunc sciant antichristū: id est hoiem peccati & filiū p/ditionis qui aduersat & extollit supra omne qd dicit deus aut qd colit: & qui in tēplo dei sedeat esse uenturum. Nisi inquit uenerit discessio primū qd grecæ dicitur ἀποστασια ut omnes gentes quæ romano imperio subiacēt recedant ab eis & reuelatus fuerit homo peccati id est ostēsus: quē omnia ꝓpheta rū uerba prænūciant homo peccati in quo fons omniū pctōrū est & filius perditionis: id ed diaboli. Ipse est uniuersorū pdi/
Z tio qui aduersat christo & ideo uocat antichristus: & extollit supra omne qd dicit deus ut cūctarū gentiū deos siue probatā oēm & ueram religionē suo calcet pede & in templo dei uel hierosolymis ut qdā putant ut certe in ecclesia ut uerius arbitramur sederit ostendens se esse tanq̄ ip̄e sit christus & filius dei. Nisi ingt fuerit romanū imperiū ante desolatū: & antichristus præcesserit: christus nō ueniet: qui ideo ita uenturus ē ut antichristū destruat. Meministis ait q hæc ipsa quæ nunc scribo per æpistolā: cum apud uos essem p̄senti sermone narrabā: & dicebā uobis christum nō esse uēturum nisi præcessisset antichristus. Et nunc quid detineat scitis. Vt reuelet in suo tempore hoc est q causa sit ut antichristus in præsentiarū nō ueniat optime nostis. Nec uult aperte dicere romanū imperiū destruē/dum qd ipsi qui imperant æternū putant. Vnde secū dum Apocalypsim Iohānis i fronte purpuratæ mere/Apoc. 17
tricis scriptū est nomen blasphemiæ id est romæ æternæ. Si enim aperte audacterq; dixisset. Non ueniet antichristus nisi prius romanū deleat imperiū iusta causa persecutionis in oriētem tūc ecclesiam cōsurgere uidebat. Quodq; sequit. Iam em̄ mysteriū operatur iniquitatis tm̄ ut qui tenet nunc teneat: donec de medio fiat: & tūc reuelabitur ille iniquus hunc habet sensum. Multis malis atq; peccatis quibꝰ Nero impurissimus Cæsarū mundum præmit antichristi parturit ad uentus: & quod ille operatur est pastea in isto expar te cōplet. Tantū ut romanū imperiū qd nunc uniuersas gentes tenet recedat & de medio fiat & tunc antichristus ueniet fons iniquitatis quem dominus iesus interficit spiritu oris sui: diuina uidelicet potestate & suæ maiestatis imperio. Cuius iussisse fecisse est non in exercitus multitudine non in robore militum non in angelorū auxilio. Sed statim ut ille aduenerit interficietur antichristꝰ. Et quomodo tenebræ solis fugant aduentu sic illustratiōe aduentus sui: eū dñs destruet atq; delebit. Cuius opera sathanæ sunt opera. Et sicut in christo plenitudo diuinitatis fuit corporaliter: ita & in antichristo omnes erūt fortitudines & signa & pdigia: sed uniuersa mēdacia. Quomō enim signis dei: quæ operabatur per Moysen magi suis restitere men/Exo. 7
daciis & uirga Moysi deuorauit uirgas eorū ita mendacium antichristi Christi ueritas deuorabit. Seducūtur A autem eius mendacio qui perditioni sunt præparati. Et quia tacita quæstio poterat cōmoueri cur enim concessit deus omnē eum habere uirtutē signa atq; pdigia per quæ seducant si fieri potest etiam electi dei? Solutiopræuenit quæstionē: & quod opponi poterat antē q opponatur absoluit. Faciet inquit omnia nō sua uirtute sed cōcessione dei propter iudæos ait ut qui noluerunt charitatem recipere ueritatis hoc est christum Quia charitas dei diffusa est in corda credentium. Et Ro. 5
ipse dicit. Ego sum ueritas. De quo in psalmis scriptū Io. 14
est. Veritas de terra orta est. Qui ergo charitatē & ue p̄/
ritatem non receperunt: ut Saluatore susceptо salui fierent: mittet illis deus non operatorē sed ipsam operationem id est fontem erroris: ut credant mendacio Quia mendax est ipse: & pater eius. Et siquidem Antichristus de uirgine natus esset & primus ueniisset i mūdum poterant iudæi habere excusationem & dicere q

putauerint ueritatē & iccirco mēdaciū ꝓ ueritate ſuſcepturi ſunt. Nūc aūt ideo iudicādi ſunt īmo ꝓculdubio cō/demnandi: qa xp̄i ueritate cōtempta poſtea mēdaciū id eſt antichriſtū ſuſcepturi ſunt.

¶ Beati Damaſi papæ ad Hieronymū de iterp̄tatiōe oſanna ſciſcitantis. Epi. XVIII.

DIlectiſſimo filio Hieronymo Damaſus ep̄s in dño ſalutē. Cōmētaria cuꝫ legerē græco latinoq; ſermōe in euā/gelioꝝ interp̄tatōe a noſtris: id ē Orthodoxis uiris olim ac nuper ſcripta quæ de eo q̄d legit̄ oſanna filio Dauid: nō ſolū diuerſa ſed etiā cōtraria ſibimet ꝓferunt̄. Studiū ergo dilectionis tuæ deprecor: ut ardēti illo ſtrenuitatis īgenio abſciſis opinionibus ambiguitatibuſq; ſcrupuloſis qd ſe habeat apud hebræos uiuo ſenſu ſcribas ut de hoc ſicut de mītis tibi curæ noſtræ ī xp̄o ieſu gratias referāt.

¶ Beati Hieronymi ad Damaſuꝫ reſponſiua Oſanna ſcd̄m hebraicam ueritatē interp̄tātis. Epi. XIX.

Hyla. DVlti ſup hoc ſermōe diuerſa finxerūt e quibus noſter Hylarius in cōmēta/riis Matthæi ita poſuit. Oſanna hebraico ſermōe ſignificat redēptio domus dauid. Primuꝫ redēptio lingua hebræa ephod interp̄tat̄. Deinde domus beth. Dauid uero ī hoc loco nō eſſe nomen inſertū omnibus patet Alii opinati ſunt Oſanna gloriā dici. Porro gloria cabboth appellatur. Nōnulli gratiam cum gratia thoda ſiue anna nuncupetur. Reſtat ergo ut omiſſis opinionum riuulis ad ipſum fontem: unde ab euangeliſtis ſumptū eſt recurramus. Nam quomodo illud neq; in græcis neq; in latinis codicibus poſſumus inuenire ut compleret̄ id qd̄ dictum eſt per ꝓphetas. Quoniā nazareus uocabit̄. Et illud. Ex ægypto uocaui filiū meuꝫ ita & nunc ex hebræis codicibus ueritas exprimēda eſt Vnde in hanc uocem uulgus & maxime cōſona interſe paruulorum turba ꝓrupit: dicente Matthæo. Turbe autem quæ præcedebāt: & quæ ſequebant̄ clamabāt dicentes. Oſanna filio Dauid. Benedict9 qui uenit in nomine dñi. Marcus uero ita poſuit. Clamabāt dicentes Oſanna benedictus qui uenit in noie dñi: bñdictū quod uenit ī noie dñi regnū patris noſtri Dauid oſanna in excelſis. Iohānes quoq; pari uoce cōſentit. Et clamabant Oſanna benedictus qui uenit in noie dñi rex iſrael. Solus Lucas uerbū oſanna nō poſuit: ī reliqua interpretationis parte cōſentiens. Benedictus qui uenit rex ī nomine dñi: pax in terra: & gloria in excelſis. Igitur ut diximꝰ ipſa hebræa uerba ponēda ſunt & omnium interprētū opinio dirigenda quo facilius quid ſuper hoc ſentiēdum ſit: ex retractōe cunctoꝝ ipſe ſibi lector quid ſequat̄ inueniat. In cēteſimo. xvii. pſalmo ubi nos legimus. O dñe ſaluū me fac: o dñe bene proſperare: Benedictus qui uenit ī noie dñi. in hebræo legit̄ Anna adonai oſianna. Anna adonai aſſienna baruch abbadaſen adonai. Quod Aquila Symmachus Theodotion & quinta editio: ne qd in latino mutare uideamur: ita exprimūt ω κιριε: O dñe σωσον δη ſaluum fac ω κιρε o dñe ευοδοσον δη: id eſt bene ꝓſperare ευλογημενος benedictꝰ: ὁ ερχομενος qui uenit ἐν ὀνοματι κυριου in nomine dñi Sola ſexta editio cum interprætibus. lxx. ita cōgruit: ut ubi cæteteri poſuerūt ωδη: illi ſcri/pſerint ω Et quia oſianna qd̄ nos corrupte ꝓpter ignorantiaꝫ dicimus oſanna ſaluificaui ſiue ſaluum fac ex prima t̄ omniū: interp̄tatiōe ſignatū eſt. Nūc illud ī cura eſt: q; ſine adiectione ſaluādi ſolus āna ſermo ſignificet. Sciendūq; qa in hoc loco ter dicat̄ āna: & primū quidē ac ſcd̄m eiſdeꝫ litteris ſcribit̄ aleph nō he. Tertiū uero heth nō he: Symmachus igit̄ q; in centeſimo. xvii. pſalmo cum oīm interprætatione conſenſerat ut nobis manifeſtiorē tribueret intellectum. In centeſimo. xix. pſalmo ubi dicit̄. O dñe libera aīam meā: ita ī terp̄tatus eſt: obſecro dñe libera animā meā. Vbi autē Septuaginta ω & ille obſecro tranſtulerūt. Aquila & cæteris editiōibus ωδη interprætātibus in hebræo ſcribit̄ anna. Vex̄ ita ut ī principio aleph habeat nō heth Ex quo animaduertimus ſi ex aleph ſcribat̄ anna: ſignificari obſecro. Si aūt ex heth eē cōiunctionē ſiue interiectionē: q̄ apud græcos ponit̄ αιεσεχηγοσαγον Cuius interprætationem latinus ſermo non exprimit Sed quoniam hæ minutiæ & iſtiuſmodi diſputationis archanuꝫ propter barbariem linguæ pariter ac litterarum legenti moleſtiam tribuūt ad explanādi cōpendium uenio: ut dicam ea quæ de. cxvii. pſalmo qui manifeſte de chriſto prophetat: & in ſynagogis iudæorū creberrime legebat̄. Vnde & populis notior erat: hos uerſus eſſe aſſumptos q; ille qui repromittebatur de genere Dauid uenerit ſaluaturus iſrael dicente Dauid Lapidem quē reprobauerunt ædificātes hic factus eſt in caput āguli. A dño factū eſt iſtud: & eſt mirabile in oculis noſtris. Hæc eſt dies quam fecit dñs exultemus & lætemur in ea. O dñe ſaluū me fac: o dñe bene ꝓſperare: benedictus qui uenit in noie dñi. Benedixim9 uobis de domo domini: deus dominus & illuxit nobis. Vnde & in euangeliſtarū ſcriptura cōmemoratur phariſæos & ſcribas ſuper hoc indignatione cōmotos: q; uiderent ppl̄m pſalmi ꝓphetiam ſuper chriſto intelli

gere completam: & clamãtes pueros oſiãna filio Da/uid: & dixiſſe ei audis qd iſti loquunt. Et ieſum reſpondiſſe eis. Nunq̃ legiſtis: quia ex ore infantiũ & lactentiũ pfeciſti laudẽ: centeſimũ ſeptimumdecimum octaui pſalmi aſſertione firmantẽ. Et de eo quidẽ qd' facile exprimi poterat. Benedictus q uenit in nomine dñi

C omniũ euãgeliſtarũ ſcriptura cõſentit. De uerbo uero oſianna qa í græcũ nõ poterã trãſferre ſermonẽ: ſicut in alleluia & in amen: & in plæriſq; factũ uidemus ipſum hebreũ poſuerunt dicentes oſianna. Lucas igit' qui inter oẽs euãgeliſtas græci ſermonis eruditiſſim9 fuit: quippe ut medicus & q euangeliũ græcis ſcripſerit: qa ſe uidit ꝓprietatẽ ſermonis trãſferre non poſſe: melius arbitratus eſt tacere q̃ id ponere quod legenti faceret quæſtionẽ. Ad ſummã ſicuti nos in linguã latinam habemus interiectiões quaſdã ut inſultãdo dicamus uah: & í admirãdo pape: & in dolendo hei: & qñ ſilentium uolumus ſperare: ſtrictis dentibus ſpiritum coartamus & cogimus tñ ſibilũ in ſonando ſcilicet ꝛ. Ita & hebræi ſter reliq̃s ꝓprietates linguæ ſuæ habẽt interiectionẽ ut qñ uolũt dñm deꝓcari ponãt uerbũ petẽtis affectu & dicant. Anna dñe: q; Lxx. dixerũt o dñe oſi ergo ſaluifica interꝓtatur. Anna interiectio deꝓcãtis eſt ſi ex duobus his uelis cõpoſitũ uerbũ facere dices oſiãna ſiue ut nos loquimur oſanna media uocali litteras eliſa: ſicuti facere ſolemus in uerſibus Virgilii: qñ Me ne incœpto deſiſtere uictam. Scãdimus nince: ꝓde. Aleph nãq; littera prima uerbi ſequẽtis extremã uerbi prioris: ioth: inueniẽs excluſit. Quapropter ut ad quæſtionis originem reuertamur: ubi nos legimus ín latino. O dñe ſaluũ me fac: o dñe bene cõplace bñdict9 q uenit í noĩe dñi iuxta hebræũ ſenſũ legere poſſum9 obſecro dñe ſaluũ fac obſecro dñe ꝓſperare Bñdict9 q uenit í noĩe dñi. Saluũ aũt fac dicit' ut ſubaudiamus populũ tuũ iſrael: ſiue generaliter mundum. Deniq; Matthæus qui euangeliũ hebræo ſermõe conſcripſit. Ita poſuit oſãna barranama. id eſt oſanna in excelſis: q; ſaluatore naſcẽte: ſalus in cœlũ uſq; : ideſt etiam ad excelſa puenerit pace facta no ſolum in terra ſed & in cœlo ut iã dici aliquãdo ceſſaret: iebriatus eſt gladius meus í cœlo. Hæc iterim iuxta mediocritatem ſenſus mei breuiter ſtrictimq; dictaui. Cæteꝝ ſciat beatitudo tua in iſtiuſmodi diſputatiõibus moleſtiaꝝ in legẽdo nõ debere ſurripe: quia facile & nos potuimus aliq̃d emẽtiri: q; ex una uoce ſolueret quæſtioneꝝ ſicuti & cæteros feciſſe monſtrauimus ſed magis conuenit ob ueritatem laborare pauliſper. Et pegrino aurem accõmodare ſermoni q̃ de aliena lingua fictã ſalſamue referre ſníam.

¶ Hieronym9 Amãdo p̃ſbytero de diuerſis q̃ſtiõſb9 quarũ prima eſt quid ſignificet illud euãgelicũ ſcd'm Matthæũ. Nolite ſolliciti eẽ de craſtino: ſufficit enim Mat.6. diei malitia ſua.

Epiſtola. XX

BReuis æpiſtola longas nõ ualet explanare quæſtiones. & in arctũ multa cõcludẽs ſtringere uerbis qd' ſenſibus dilatatũ ẽ. Interrogas q̃ ſignificet illud í euãgelio iuxta Matthæũ D Nolite ſolliciti eſſe de craſtino. Sufficit enim diei malitia ſua. Craſtinũ inſcripturis ſanctis futurũ tẽpus ſignificat ſicut & iacob in Geneſi loquit'. Exaudiet me Gẽ. cras iuſticia mea. Et ubi altare extruit' a duabus tribubus Rubẽ & Gad: & dimidia tribu Manaſſe & a cũcto iſraele ad eas legatio mittit' cũ Phinees pontifi reſpõ diſſent. iccirco ſe altare feciſſe: ne cras filiis ſuis colendi deum poſſeſſio denegaret'. Et multa iſtiuſmodi in ueteri reperies teſtamento. Qui ergo de futuris nosco gitare ꝓhibuit cõceſſit de p̃ſentibus ꝓpter humanæ uitæ fragilitatẽ. Quod aute; adiicit: ſufficit diei malitia ſua: hoc mõ intellige. Sufficit nobis de p̃ſentib9 hui9 ſæculi cogitare anguſtiis. Quid neceſſe eſt ſenſum ad incerta & futura extendere: q̃ aut conſeq nõ poſſumus aut forſítã cito íuẽti perdamus Χαρ enim quã latinus uertit in malitiã apud græcos duos ſignificat: & maliriam & afflictionem: quam χαχοσα græci dicũt & hoc magis ꝓ malitia tranſferti debuit. Quod ſi cõtentiõe quis ducit' nolens χαχιαν afflictionem ſonare & anguſtias ſed malitiam illo ſenſu explanãdũ eſt quo mundus in maligno hoc eſt in malo poſit9 ſit. Et in dñica oratiõe dicamus. Libera nos a malo ut ſufficit nobis Ma. contra malitiam huius ſæculi p̃ſens habere certamen in ſcd'o q̃ſiſti loco: de beati apoſtoli Pauli prima ad Corinthios æpiſtola í qua loquit'. Omne pctñ quod 1.Co. fecerit homo extra corpus eſt. Qui autem fornicat' in corpus ſuũ peccat. Legamus ergo paululũ ſuperi9 & ſic ad hæc uerba ueniamus ne de extremis partibus & E ut uita dicam cauda capituli totam ſníam noſſe cupiamus. Corpus inquit nõ fornicatiõi ſed dño & dñs corpori. Deus aũt & dñm ſuſcitauit & nos cum illo ſuſcitabit per uirtutẽ ſuã. Neſcitis quia corpora ueſtra mẽbra chriſti ſunt. tollens ergo membra chriſti faciã mẽbra meretricis? Abſit: An neſcitis: quia q cõiũgit ſe meretrici unũ corpus eſt. Erunt enim inquit duo in carne una. Qui autem coniungit ſe dño unus ſpũs eſt. Fugite fornicationem: omne peccatũ quodcunq; fecerit

homo extra corput est. Qui aũt fornicat in corpꝰ suũ peccat. Et reliqua. Sanctus apl'us cõtra luxuriã disputans & in superioribus dicẽs. Esca uentri & uẽter escis Deus autẽ & hunc & illã destruet cõsequẽter uenit ad fornicationẽ. Etẽm luxuria mater libidinis ẽ uentrẽq; distentũ cibo: & uini potationibus irrigatũ: uoluptas genitalium sequit' atq; ut alibi dictũ est ꝑ mẽbroꝝ ordine ordo uitioꝝ ẽ. Omne itaq; peccatũ uerbi gratia: furtũ: homicidiũ rapina periuriũ & cærera his similia post factũ pœnitudinẽ habẽt & licet inuitet lucruꝫ tñ mordet cõscientia uoluptas sola ac libido etiaꝫ in ipso tẽpore pœnitendi ꝓteritos stimulos patit' & titillatio nem carnis & incentiua peccati: ut ꝑ hæc q̃ corrigi cupimus cogitantes rursuꝫ sit materia delinquẽdi aliter cætera pcã forinsecus sunt. Quicqd eñ egerimus: in alios agimus fornicatio nõ solũ cõscientiã fornicãtis
F sed & corpus maculat. Ac scd'm sententiã dñi in q̃ ait
Mat.19. Propter hoc relinquet homo patrẽ & matrẽ & adhærebit uxori suæ & erunt duo in carne una etiã ipe cũ meretrice unũ corpus efficit' & peccat in corpus suũ dum templũ Christi facit corpus esse meretricis. Dicamus & aliter ne ullam græcoꝝ sententiã ꝓterire uideamur Aliud est peccare ꝑ corpus aliud in corpe furtũ homicidiũ & cætera absq; fornicatione peccata ꝑ manꝰ administramus extrinsecus. Fornicatio sola in corpe nostro exercet' a nobis nõ ꝑ corpus in alios & ꝑ ꝓpositio ministeriũ habet in se aut passionẽ. Sũt q̃ ita edisserãt q; scd'm scripturã uxor uiri corpus sit & quicunq; fuerit fornicatus peccet in corpus suũ hoc ẽ in uxorẽ duꝫ eam sua fornicatione cõmaculat & facit eaꝫ nõ peccãtem sua cõmixtione peccare. Tertia id est extrema propositio tua fuit de eadẽ apostoli æpl'a: ubi de resurrectione disputans uenit ad eũdem locũ in quo scriptũ
1.Cor.15 est. Oportet eñ eum regnare donec ponat omnes inimicas suos sub pedibus suis. Omnia eñ subiecta sunt sub pedibus eius nouissima autẽ & inimica destruetur mors cum autem dixerit quia omnia subiecta sunt ei: haut dubiũ quin ꝓter eum qui subiecit ei omnia. Cum uero subiecta ei fuerint oĩa tunc ipse filiꝰ subiicietur ei qui sibi subiecit omnia: ut sit deus omnia in oĩbus. Et miror te hoc a me quærere uoluisse cũ sanctꝰ Hylariꝰ pictauiẽ. episcopus undecimũ librũ cõtra Arrianos hac quæstione & solutione cõpleuerit. Tamen pauca saltem dicamus. Omne in hoc scandalũ est quare filius patri subiectus esse dicat' quid est turpius siue inferius patri subiici: quod sepe pietatis ẽ & in psalmo scri
ps.81. bitur. Nõne deo subiecta erit anima mea? an crucifigi
Gala.3. & maledictum crucis fieri. Maledictus enim omnis q pendet in ligno qui ergo ꝑ nobis maledictus factus ẽ ut nos de maledictione liberaret miraris si ꝑ nobis subiectus sit ut nos patri faciat esse subiectos. Dicens in euãgelio. Nemo uadit ad patrẽ nisi per me & cũ exal- Io.12.
tatus fuero a terra omnia traham ad me Christus i his qui fideles sunt subiectus est patri quia omnes credentes ímo omne hominũ genus corporis ipius mẽbra reputant'. In his autem qui increduli sunt id est iudæis & ethnicis & hæreticis subiectus esse dicit' quia pars mẽbrorũ eiꝰ nõ est subiecta fidei. In fine aũt mũdi cũ om G
nia mẽbra regnantẽ uiderint xp̃m id est corpus suum etiam ipa subiicient' Christo: id est corpori suo: ut omne Christi corpus subiiciat' deo & patri': & ut sit deus omnia in oĩbus. Nõ ait ut sit pater oĩa in omnibꝰ: sed ut sit deꝰ qd' ꝑ priũ nomen est trinitatis: & tam ad patrem q̃ ad filiũ & spiritũ sanctũ referri potest ut humanitas subiiciat' diuinitati. Humanitatẽ in hoc loco dicimus nõ mansuetudinẽ & clæmẽtiã: quã græcφιλαν θρωπειαν uocant sed omne hominũ genus Porro qd' ait ut sit omnia in oĩbus hoc sensu accipiẽdũ est. Dñs atq; saluator noster nunc omnia nõ ẽ in oĩbus sed ps in singulis uerbi gratia. In Salomone sapiẽtia: in David bonitas in iob patiẽtia in Daniele cognitio futurorũ in Petro fides in Phinees & Paulo zelus in Iohãne uirginitas in cæteris cætera. Cum aũt reruꝫ omniũ finis aduenerit tunc omnia in oibꝰ erit ut singuli sanctorũ omnes uirtutes habeant: ut sit Christus totus in cunctis. Repperi iũctã æpistolæ & cõmentariolo tuo breuem chartulã: in qua hæc indita ferebant'. Querẽduꝫ ab eo id ẽ a me. Vtrũ mulier relicto uiro adultero & sodomita & alio ꝑ uim accepto possit absq; pœnitẽtia cõmunicare ecclesiæ uiuente adhuc eo quem prius reliquærat. Quod legẽs illius uersiculi recordatꝰ sum ad excusandas iustificatões i peccatis. Omnes eñ ho ps.140
mines uitiis nostris sauemus & qd' ꝓpria facimus uolũtate ad naturæ referimꝰ necessitatẽ. Quo mõ si dicat adolescẽs. Vim patior corporis me ad libidinẽ ardor impellit: ipsa organa mẽbroꝝ genitaliũ: & cõpositio corporis fœmineos quærit amplexus. Et rursuꝫ homicida in egestate iquit eram indigebã cibo tegmen corporis nõ habebã ideo alienũ sanguinẽ fudi ne ipse fame & frigore morerer. Respondeo itaq; sorori quæ a H,l
nobis sup suo statu quærit nõ nostras sꝫ apostoli sententias. An ignoratis fratres sciẽtibus eñ legem loquor quoniam lex dñatur homini q̃to tempore uiuit. Mulier eñ quæ subuiro est uiuẽte uiro astricta est legi. Quod si mortuꝰ fuerit uir eius: liberata ẽ a lege uiri ergo uiuẽte uiro adultera erit si duxerit alterũ uirũ. Et in

1.Cor.7. alio loco. Mulier ligata est: q̃to tempore uiuit uir eius Si autem dormierit uir eius liberata est cui uult nubat tm̃ in dño. Omnes igitur cautões apostolus amputãs apertissime diffiniuit uiuente uiro adulteram esse mulierẽ si alteri nupserit. Nolo mihi ꝓferas raptoris uiolẽtiã: matris psuasionẽ: patris auctoritatẽ ꝓpinquoꝝ caterua seruoꝝ insidias: atq; contemptũ parentũ: dãna rei familiaris q̃diu uiuit uir: licet adulter licet sodomita licet flagitiis omnibus coopertus & ab uxore ꝓpter hæc scelera derelictus maritus eius reputat cui alterũ uirum accipere nõ licet. Nec apostolus hæc ꝓpria auctoritate decernit sed xp̃o in se loquente uerba secutꝰ

Mat.5. est qui ait in euãgelio. Qui dimittit uxorẽ suam excepta causa fornicationis: facit eam mœchari: & qui dimissam acceperit adulter est. Animaduerte quid dicat qui dimissam acceperit adulter est: siue ipsa dimiserit uirum siue a uiro dimissa sit: adulter est qui eam acceperit. Vnde & apostoli grauem cõiugii sarcinã intelligentes. Si ita est inquiũt: nõ expedit homini uxorẽ accipe: ad quos dñs. Qui potest inquit capere capiat statimq; sub exemplo eunuchoꝝ trium uirginitatis fert beatitudinem: quæ nulla carnis lege retinet: neq; satis animaduertere potui: quod sit quod uoluit dicere alio uiro per uim accepto: Q̃ uid est per uim accepto Congregata uidelicet multitudine: nolentem rapuit.

Deu 22. & q̃re postea non raptor ẽ rapta dimisit: Legat libros Moysi & inueniet despõsatam uiro si in ciuitate fuerit oppressa: & nõ clamauerit: puniri quasi adulteram. Si autẽ in agro oppressa sit: innoxiã esse a scelere & uiolẽtũ legibus subiacere. Ergo & ista soror quæ ut dicit ui passa est: ut altero iungeretur: si uult corpus christi accipere: & nõ adultera reputari: agat penitentiã: ita dũtaxat ut secundo uiro qui nõ appellatur uir: sed adulter a tempore penitẽtiẽ nõ copuletur quod si ei durũ uidetur & semel dilectũ non potest derelinquere: nec perferre dominum uoluptati: audiat apostolũ cõclamantem: Non poteris calicem domini bibere: & calicẽ dæmonioꝝ. non poteris mẽse domini cõmunicare: &

1.Cor.11. mense dæmonioruꝫ. Et in alio loco. Quæ cõmunicatio luci ac tenebris Q̃ ui consensus christo: & beliat.

2.Cor.6. Rem nouam loquor: imo non nouã sed ueterẽ: que ueteris testamẽti auctoritate firmatur. Si reliquerit secũ-

Deu.42 dum uirum: & reconciliari uoluerit priori non potest Scriptũ est enĩ in Deuteronomio. Si acceperit homo uxorem: & habuerit eã: & nõ inuenerit grariã in conspectu eius propter aliquã feditatem: & scribet libellũ repudii & dabit in manu eus: & dimittet eã: de domo sua. Cunq; egressa alterũ marituꝫ duxerit: & ille quoq; oderit eam: dederitq; ei libellũ repudii & dimiserit de domo sua: uel certe mortuus fuerit: non poterit prior maritus recipere eam in uxorẽ: quia polluta est: & abominabilis facta est coraꝫ dño. Nec peccare facias terram tuã: quam dñs deus tuus tradidit tibi possidendã Vnde obsecro te: ut cõsoleris eam imo ꝓuoces ad salutẽ putridæ carnes ferro ĩdigẽt & cauterio: nec ẽ medicinæ culpa: sed uulneris cum crudelitate clæmenti non parcit medicus: ut parcat sæuit ut misereatur.

¶ Beati Hieronymi ad Marcellã de quinq; q̃stiõibus noui testamẽti quaꝝ prima ẽ. Quæ sunt illa q̃ nec oculus uidit nec auris audiuit nec in cor hominis ascẽderunt quæ ꝑparauit deus diligentibus se.

Epistola XXI

AGnis nos ꝓuocas quæstionibus: & K torpens ocio ingeniũ dum ĩterrogas doces prima tua sciscitatio fuit q̃ sint illa quæ nec oculus uidit nec auris audiuit nec in cor hominis ascẽderunt quæ præparauit deus his q diligunt eum. Et qũo rursus idem apostolus inferat. Nobis aũt reuelauit deus per spiritũ suũ. Et si reuelatũ apostolo intelligere debeamus: qd' & ille aliis reuelauerit. At quæ breuis responsio est nõ debere nos quærere: qd sit illud: quod nec oculꝰ uidit: nec auris audiuit: nec in cor hominis ascẽdit. Si ei ignorat quomodo sciri potest. Quod p mittit in futuro nõ cernit in p̃senti. Spes em̃ quæ uidet: nõ est spes sed iam certa possessio quomodo si uelit quispiã dicere: ostende mihi: qd' iuisibile est: loq̃re qd' audiri nõ potest expone qd' cogitatio nõ cõprhẽdit humana. Ergo hoc sensu ap̃s dixisse credẽdus est: qd' carnalibꝰ oculis: & aure carnali: & cogitatõe mortali nõ possunt spiritalia cõpræhendi. Et si em̃ nouerãmus quondã iesum scd'm carnem: sed nũc iam nõ nouimus eũ: & ĩ iohãnis æpistola scribit. Charissimi nũc filii dei sumus: & necdũ manifestũ est qd' futuri sumꝰ Scimus em̃ quoniã cũ apparuerit similes ei erimus q uidebimus eum sicuti est: qd'q; reuelatũ sibi & sanctis per spiritũ esse testat nõ statim sequit: ut ipe aliis reuelauerit. Alioqn audiuit & in paradiso uerba ineffabilia q̃ aliis narrare nõ poterat aut si narrauit nequaq̃ ineffabilia sunt. Secũda quæstio fuit in qua dicis legisse te p trãsitũ in opusculis meis q̃ agni q stãt a dextris & hædi q stant a sinistris: christiani sint atq; gentiles: & nõ potius boni: & mali nõ memini me hoc aliquãdo dixisse: & si dixissem non essem in errore pertinax. Quantum autem dictanti subito occurrit: in scd'o uolumine cõtra iouinianũ super hoc capitulo disputasse

me noui & non solū sup hoc sed & de eo qđ in eadē quæstione cadit: ubi pisces mali a bonis piscibus separabunt. Quod ergo ibi plene dictū est: nūc omittēdū uidet. Tertio interrogaueras qđ dicit apostol9 in ad
1.thes.4. uentu saluatoris. Rapi quosdā uiuētes obuiā in nubibus ita ut nō præueniātur ab his q in xp̄o dormierunt uisq; nosse utrum sic occurrāt in corporibus: & nō ante morianť cum & dns noster mortuus sit: & Enoch
Apoc.11. atq; Helyas scđm apocalypsim iohānis morituri esse dicant: ne scilicet ullus sit q nō gustauerit mortē. Hoc ex ipsius loci cōtinentia sciri potest: q; sancti q in aduētu saluatoris fuerint deprehensi in corpore ineisdē corporibus occurrāt ei ita tamē ut ingloriū & corruptiuū & mortale gloria & incorruptione & imortalitate mutet: ut qualia corpora surrectura sint: in talē substātiā eriam uiuorū corpora trāsformenť. Vnde dicit i alio
1.Cor.15 loco apostolus. Propter quod nolumus expoliari sed superuestiri ut absorbeať mortale hoc a uita ne scilicz corpus ab anima deserať sed anima habitante in corpore fiat inclytū quod ante ingloriū fuit. De Enoch autem & Helya quos uenturos apocalypsis refert & esse morituros nō est istius temporis disputatio cū omnis ille liber aut spiritaliter itelligendus sit ut nos estimam9 aut si carnalē interptationē sequimur iudaicis fabulis acquiescēdū sit ut rursum ædificeť hierusalē & hostiæ offeranť in tēplo & spiritali cultu iminuto carnales obtineant cerimonias. Quartū est qđ quæsisti quomodo in iohānis euāgelio post resurrectionē di-
Io.20. catur ad Mariā magdalenā. Noli me tangere nōdum enim ascēdi ad patrez meū & rursum in Matthæo scriptum sit q; ad uestigia saluatoris mulieres corruerint cum utiq; nō sit idipm tāgere post resurrectionē pedes
M eius & nō tangere. Maria magdalena ipsa est a qua septem dæmonia expulit ut ubi abūdauerat peccatū: superabūdaret gratia: quæ qa dnm hortulanū putabat: & quasi cum homine loquebať: & quærebat uiuentez cum mortuis recte audiuit. Noli me tangere & est sensus. Non mereris meis hærere uestigiis: nec adorare q; si dnm nec eius tenere pedes quez nō æstimas surrexisse. Tibi enim necdum ascēdi ad patrem meū. Cæteræ uero mulieres quæ pedes tangūt: dnm cōfitenť & merenť eius hærere uestigiis quē ad patrem ascēdisse confidūt: q; etiā si eadem mulier diuersis i euāgeliis & tenuisse pedes & nō tenuisse referť facilis solutio sit cuz potuerit corrigi primū q; si icredula & postea nō repeli quasi eam quæ errorem cōfessiōe mutauerat. Quod & de latronibus intelligi potest cum alius euāgelista utrūq; blasphemasse ali9 narret alterum esse cōfessuz Extrema schedula cōtinebat utrum post resurrectionē quadraginta diebus cum discipulis conuersatus sit & nunq; alibi fuerit ac latenter ad cœlum ascēderit atq; descenderit & nihilominus apostolus suam pœnitē/tiam non negarit. Si dnm dei filiuz cōsideres: de quo sermo est: & illum esse q loquiť. Nōne cœlum & ter/ Hier.23.
ram ego repleo dicit dns: & de quo alius ꝓpheta testatur. Cœlū mihi thronus est terra autē scabellū peduz Esa.66.
meoꝝ. Et rursum alibi. Qui tenet cœlū palmo & ter/ ps.138.
raz pugillo de quo Dauid canit Quo ibo a spiritu tuo & a facie tua quo fugiam: Si ascendero in cœlū tu ibi es si descēdero ad infernū ades & si habitauero i extremis maris etem ibi manus tua deducet me & cōtinebit me dextera tua. Profecto nō ambiges etiā ante resur/rectionē sic in dnico corpore habitasse deum uerbum: ut in patre esset & cœli circulū clauderet atq; in omnibus infusus esset & circūfusus: id est ut cūcta penetraret interior & contineret exterior. Stultū est igiť illius N
potentiā unius corpusculi paruitate finiri quem nō capit cœlū & tamē qui ubiq; erat etiam in filio hominis totus erat. Diuina quippe natura & dei sermo in partes secari nō potest nec locis diuidi sed cū ubiq; sit totus ubiq; est. Erat igiť uno eodemq; tempore & cū apostolis quadraginta diebus & cum angelis: & in patre & in extremis maris finibus erat. in omnib9 locis uersabatur cum Thoma in india: cum Petro romæ: cum Paulo in illyrico cuz Tito in creta cum Andrea i achaia cum singulis apostolis & apostolicis uiris in singulis cunctisq; regionibus. Quod autē dicitur quosdam deserere uel nō deserere: non naturæ illius terminus ponitur sed eorum merita describunť apud quos esse uel non esse dignatur.

Argumentum sequentis epistolæ.

EPistola beati Hieronymi ad Marcellā de blasphemia i spiritūsanctū de eo quod in euangelio scribiť. Quicūq; dixerit uerbuz cōtra filiū remittet ei. Qui aūt dixerit cōtra spiritūsanctū non remittet ei: neq; in hoc seculo: neq; in futuro: ubi damnat Nouatiani sententiā q ea uerba referebat ad eos qui Christum in tormentis negauissent: quorum inexpiabile censebat eē peccatum.

¶ Ad marcellaz de blasphemia in spiritūsanctum ir remissibili. Epi. XXII

BReuis est quæstiūcula quā misisti: & aperta respōsio est. Si enim de eo qđ in euangelio scribiť. Quicūq; em di Luc.12.
xerit uerbū cōtra filiū hois remittet ei Qui aūt dixerit cōtra spiritūsāctū

O nō remittet ei neq; hoc ſæculo neq; futuro. Nouatianus affirmat: nō poſſe peccare ſpiritū ſanctū niſi eū q xp̄ian9 ſit & poſtea negauerit manifeſtū ē iudæos q eū blaſphemabāt pctō blaſphemiæ nō teneri qppe q̄ ipii coloni: interfectis pphetis: de nece dñi cogitabāt & in tantū erant pditi: ut ad ſaluādos eos: ſe dei filiꝰ ueniſſe reſpōderit. Vnde de toto ipius ſcripturæ ordine cō uincendi ſunt nō his irremiſſilē eſſe dictā blaſphemiā qui tormentis cōpulſi: & uariis euiſcerati cruciatibus dñm denegaſſent. Sed his qui cū in uirtutibus uideāt opera dei calumnient & clamitēt dæmonis eē uirtutē & oīa ſingula q̄ facta ſunt nō ad diuinā magnificētiā: ſed ad diabolū ptinere Vnde & ſaluator noſter toto reſpōſionis ſuæ hoc agit argumēto: ut doceat: nō poſſe ſathanā eiici a ſathana: & regnū eius inter ſe nō eſſe diuiſum. Cum em̄ diaboli ſtudiū ſit dei lædere creaturam quō eiſdem poterit eſſe uolūtatis ſanare languē/tes. Et ſeip̄m de obſeſſis fugare corpibus? Probet itaq; Nouatianus aliquē de his qui ſacrificare cōpulſi ſunt ante tribunal iudicis reſpōdiſſe oīa quæ in euangelio ſcripta ſunt nō a filio dei ſed a beelzebub principe dæmoniorū eſſe pfecta: & tūc poterit approbare irremiſſibilē in ſpiritū ſanctū eſſe blaſphemiā. Vt aūt & acutiꝰ aliquid interrogemꝰ reſpōdeat quid ſit cōtra filiū hominis dicere uerbū: & in ſpiritū ſanctū blaſphemare.

P Ego quippe aſſero iuxta ſenſum illius eos q xp̄m in pſecutione negauerint: cōtra filium hominis dixiſſe: & nō in ſpiritū ſanctū blaſphemaſſe. Qui em̄ interrogat an chriſtianus ſit & chriſtianū ſe nō eſſe reſponderit: utiq; negando xp̄m: hoc eſt filiū hominis ſpirituſan/cto nō fecit iniuriā. Si aūt chriſtū negādo: negauit & ſpiritū ediſſerat hæreticus: quomodo nō peccet in ſpiritum qui filiū hominis denegauerit. Aut ſi ſpiritū ſanctum hoc loco intelligendū patrem putat patris nul/la eſt a negatore mētio facta cū negaret Petrꝰ apoſto
Mat. 14. lus eo tpe quo ancillæ interrogatiōe pterritus domi/num negauit: & in filium hominis: aut in ſpiritū ſanctum uidet cōmiſiſſe peccatū. Si id qđ ait neſcio homi nem ridicule uoluerit interprætari: nō chriſtuꝫ eū ne/gaſſe ſed hominē mendacē faciet ſaluatorē q ſe hoc ē filium dei negādū eē prædixerat. Si aūt negauit filiuꝫ dei vñ & amare fleuit: & triná negationē trina poſtea cōfeſſiōe deleuit: manifeſtū eſt peccatū i ſpiritū ſanctū ideo nō poſſe dimitti q habeat blaſphemiā: ut cum uideas in uirtutibus deū beelzebub calūnieris in factis. Doceat igitur aliquē negatorē beelzebub uocaſſe chriſtum & ultro referā gradū negatorē nō poſſe ueniam conſequi poſt ruinā. Quia aliud eſt tormētis credere & ſe chriſtianū negare. Aliud chriſtū diaboluꝫ dicere ſicut tibi ipſa ſcriptura: atq; cōtextus lecta attentiꝰ potuerunt demonſtrare. Fuerat quidē ꝓlixus diſſerendū Sed quoniā amicis & qui ad noſtrū hoſpitiū cōuene/rūt p̄ſentiā noſtrā negare nō poſſumꝰ & ut tibi ſtatim nō reſpōderē admodū uiſum eſt arrogātis: latā diſputationē breui ſermone cōpræhendimus ut nō tam æpiſtolam: q̄ cōmentariolum dictaremus.

¶ Epiſtola Cromatii & Heliodori epiſcoporū ad beatum Hieronymū librū de ortu uirginis Mariæ: q a btō Matthæo euangeliſta editus dicebatur tranſferri poſtulantium.

Epiſtola. XXIII

DIlectiſſimo fratri Hieronymo p̄ſbytero Cromatius & Heliodorus epiſcopi ſalutē in dño. Ortū Mariæ reginæ uirginis ſimul & natiuitatem atq; infantiā dñi noſtri ieſu xp̄i in apocryphis iuenimus libris in q̄bus multa cōtraria noſtræ fidei cōſiderātes ſcripta recuſanda credimus uniuerſa: ne p occaſionē xp̄i leticiā antichriſto traderemus. Iſta igit̄ nobis cōſiderātibus extiterūt uiri dei Armenioꝰ & Q Virinus qui dicerēt ſanctitatē tuā beatiſſimi Matthæi euangeliſtæ manu ſcriptū uolumē hebraicū inueniſſe in quo & uirginis matris & ſaluatoris infantia eēt ſcripta: & iccirco tuam charitatē p ipſum dñm noſtrum ieſum chriſtū expetimus quatenus & illud ex hebræola tinis auribus tradas: nō tantū ad percipiendū q̄ ſunt chriſti inſignia q̄tum ad hæreticorū aſtuciā excludendam qui ut doctrinā malam inſtituerēt bonam chriſti natiuitatē ſuo mēdacio miſcuerūt ut poſt dulcedinē uitæ mortis amaritudinē occultarent. Erit ergo puriſſime pietatis uel ut rogātes fratres exaudias uel epiſcopos exigentes charitatis debitū qđ idoneū crediderīs recipere facias. Vale in dño & ora pro nobis.

¶ Beati Hieronymi ad p̄dictos eōs de eadē re reſpōſiua. Epi. XXIIII.

DOminis ſanctis & beatiſſimis Cromatio & Heliodoro epīs Hieronymꝰ ſeruus xp̄i ſeruus in dño ſalutem. Qui rerrā auri cōſciam fodis nō ilico arripit q̄cquid foſſa ꝓfuderit lacerataſq; priuſq̄ fulgens pondus uibrantis iactus ferri ſuſpēdat interim uertendis ſuſpendendiſq; ceſpitibus īmorat & ſpecialiter q nōdum lucris augetur arduū opus iniungit̄ cū hoc fuerit mihi a ueſtra beatitudine impertum qđ nec ipe ſanctus Mattheus apoſtolus & euāgeliſta uoluit in aperto cōſcribi. Si em̄ hoc ſecretum nō

esset euāgelio utiq; ipsius qđ edidit addidisset sed fecit hūc libellū hebraicis litteris obsignatū quē usq; adeo edidit ut & manu ip̄ius liber scriptus hebraicis litteris a uiris religiosissimis habeat̄ qui etiā a suis prioribꝰ p successus tempoꝝ susceperūt. Hunc aūt ip̄m librū nūq; alicui trāsferendū tradiderūt: textū eius aliter atq; aliter narrauerūt. Sed factū est ut a Manichæi discipulo nomine Seleuco: q etiaꝫ apostoloꝝ gesta falso sermone cōscripsit: hic liber editus nō ædificatiōi: ſꝫ destructioni materiā exhibuerit & q talis ꝓbaret̄ in synodo cui merito aures ecclesiæ nō paterent. Cesset nūc oblatantiū morsus nō istū libellū canonicis nos superaddidimus scripturis sed ad detegendū hæreseos fallaciā apostoli atq; euāgelistæ scripta trāsferim9. in quo opere nō tam piis iubentibus ep̄is obtemperamus: q̄ impiis hæreticis obuiamus. Amor igit̄ est xp̄i cui satisfacimus credentes q nos suis orationibus adiuuēt. Qui ad saluatoris nostri infantiā sanctā p nostrā potuerint obedientiam peruenire.

¶ Expositio seu translatio historiæ Annæ & ioachim de cōceptu uirginis Mariæ: ꝓut a beato Matthæo scriptum ferebatur. Epi. XXV

non cõsensionez sed simulationem timoris petrus in ciderat:ut de illo Paulus uerissime scriberet:qꝫ cuz eũ uidisset nõ recte ingredientem ad ueritatem euãgelii eiqz uerissime diceret qꝫ gẽtes iudaizare cogebat:quod Paulus utiqz nõ cogebat.Ob hoc illa uetera ueraciter ubi opus esset obseruãs:ut dãnãda nõ esse monstraret ꝑdicãs tamẽ instãter nõ eis:sed reuelata gratia fidei fideles saluos fieri:ne ad ea quenꝯ uelut necessaria suscipiẽda compelleret.Sic aũt credo apostolum paulũ ueraciter cuncta illa gessisse:nec tamẽ nũc quenꝯ factum ex iudæo xp̃ianum:uel cogo uel sino talia uera citer celebrare:sicut nec tu cui uidet Paulus ea similasse cogis istuz uel sinis talia simulare.An uis ut etiã ego dicam hanc esse summam quæstionis:immo sententiæ tuæ:ut post euãgelium xp̃i.benefaciãt credẽtes iudæi si sacrificia offerãt quæ obtulit paulus si filios circũcidãt si sabbatum obseruent ut paulus in Thimothæo:& omnes obseruauere iudæi:dum hæc simulate ac fallaciter agãt.Hoc si ita est:nõ iam in hæresim Hebionis uel eorũ quos uulgo nazaræos nũcupãt uel quãlibet aliã uerterẽ:sed nescio in quã nouam delabimur:quæ sit eo pernitiosior:quo nõ errore sed ꝓposito est ac uolũtate fallaci.Quod si respõdeas:ut te ab hac purges sentẽtia:tũc apostolos ista laudabiliter simulasse:ne scãdalizarent infirmi q ex iudæis multi crediderant:& ea respuẽda nõdum intelligebãt.Nũc uero cõfirmata per tot gentes doctrina gratiæ xp̃ianæ:cõfirmata etiã per omnes xp̃i ecclesias lectione legis & ꝓphetarum quõ hæc intelligenda nõ obseruãda reciteñ:qslqs ea simulãdo agere uoluerit uideat insanire:cur mihi nõ licet dicere apostoluz paulum:& alios recte fidei xp̃ianos:tunc illa uẽtera sacramenta paulũ obseruãdo ueraciter commẽdare debuisse ne putarent illa ꝓpheticæ significatõis obseruatões a piissimis patribus custoditæ tãꝯ sacrilegia diabolica a posteris detestatæ.Iã em̃ cum uenisset fides quæ prius illis obseruatiõibus p̃nũciata post mortẽ & resurrectionem dñi reuelata est:amisserãt tanꝯ uitã officii sui.Verũtamẽ sicut defuncta corpora necessariorum officiis deducẽda erãt quodãmodo ad sepulturam:nec simulate sed religiose:nõ aũt deseranda cõtinuo uel inimicorũ obtrectationibus tanꝯ canum morsibus ꝓiicienda.Proinde nũc qslqs xp̃ianorum quauis sit ex iudæis similiter ea celebrare uoluerit:tãꝯ sopitos cineres seruãs nõ erit pius deductor uel baiulus corporis:sed impius sepulturæ uiolator.Fateor sane in eo qd̃ æpistola cõtinet mea:qꝫ ideo sacramẽta iudæoruz Paulus celebrãda susceperat:cum iam xp̃i esset apls:ut doceret nõ esse pnitiosa his qui ea uellent sicut a parentibus p legem acceperãt custodire minus me posuisse illo dũtaxat tpe quo primuz fidei gratia reuelata est.Tũc em̃ hoc nõ erat pnitiosum ꝓgressu uero temporis erat pernitiosuz:nisi ille obseruatões ab omnibus xp̃ianis deserereñ:ne si tũc fierẽt:nõ discerneret quod deus populo suo per Moysen p̃cepit:ab eo quod i templis dæmoniorum spũs immundus instituit.Proinde potius culpãda est negligẽtia mea:quia hoc nõ addidi:quã obiurgatio tua.Verũtamen longe anteꝯ litteras tuas accepissem scribẽs cõtra Faustum manichæuz:quõ eũdem locum quis breuiter explicaueri:& hoc illic nõ ꝑtermiserim:& legere poterit si nõ dedigneñ benignitas tua:& a charissimis nostris per quos nũc hæc scripta misi:quõ uolueris tibi fides fiat:illud me ante dixisse mihiqz de animo meo crede quod coraz deo loquens iure charitatis exposco nũꝯ mihi uisum fuisse:etiam nunc xp̃ianos ex iudæis factos sacramenta illa uetera quolibet affectu celebrare:& quouis animo debere ab eis ullo modo coli cum illud de paulo semper ita senserim exquo illius mihi litteræ innotuerunt:sicut nec tibi uideñ hoc tẽpore cuiꝯ esse simulanda ista cũ hoc fecisse apostolos credas.Proinde sicut tu ecõtrario loqueris:& licet reclamãte (sicut scribis) mũdo libera uoce ꝓnuncias cerimonias iudæoruz:& pnitiosas esse & mortiferas xp̃ianis:& quicũqz eas obseruauerit siue ex iudæis siue ex gẽtibus eum in baratrũ diaboli deuolutum.ita ego hãc uocem tuam omnino cõfirmo & addo.Quicunqz eas obseruauerit:siue ex iudæis siue ex gẽtibus nõ solum ueraciter:uerũetiam simulate eum in baratrum diaboli deuolutum.Quidꝯris amplius.Sed sicut tu simulationem apostolorum: ab huius temporis ratione secernis:ita ego pauli apostoli ueracem tũc in his omnibus conuersationem ab huius temporis ꝯquis minime simulata cerimoniarum iudaicarum obseruatõe secerno:qm̃ tũc fuit approbãda nũc detestanda.Ita ꝯquis legerimus.Lex & ꝓphetæ usqz ad iohannem baptistam:& qa ꝓpterea quærebant iudæi xp̃m interficere:quia non solum soluebat sabbatum.sed & patrem suum dicebat deũ æqualem se faciens deo.& qa gratiã ꝓ gratia accepimus.& qm̃ lex p Moysen data ẽ gratia aũt & ueritas p iesum xp̃z facta est.Et p Hieremiam ꝓmissum est daturum deum testamentum nouum domui iuda non scd̃m testamẽtum quod disposuit patribus eorum non tamen arbitror ip̃m dñm fallaciter a parentibus circũcisum.aut si hoc ꝓpter ætatem minime ꝓhibebat.nec illud arbitror eũ dixisse fallaciter le proso quem certe non ille

ꝓ Moysen ꝑcepta obseruatio sed ipe mũdauerat uade & offer ꝓ te sacrificiũ qd ꝑcepit Moyses in testimoniũ illis. Nec fallaciter ascẽdit ad diẽ festũ usq; adeo non tã ostẽtatõis corã hoibus ut nõ euidẽter ascẽderit sed Gal.5. latẽter. At em̃ dixit idẽ apl'us. Ecce ego paul9 dico uobis: quia si circundamini christus uobis nihil prode/rit. Decepit ergo Timothæum & fecit ei nihil prodes/se christum. An quia hoc fallaciter factũ est. ideo nõ obfuit. At ipe hoc nõ posuit nec ait si circuncidamini ueraciter sicut nec fallaciter sed sine ulla exceptõe di/xit. Si circũcidamini xps uobis nihil ꝓderit. Sicut ergo tu uis hic locum dare sniæ tuæ. ut uelis subintelligi ni si fallaciter: ita nõ impudẽter flagito: ut etiã nos illic intelligere sinas eis dictũ. Si circũcidami: q ꝓpterea uolebãt circũcidi qd aliter se putabãt in xpo saluos esse nõ posse. Hoc ergo aio: hac uolũtate ista intẽtione qs/quis tũc circũcidebat': xps ei nihil oino ꝓderat. Sicut Gal.2. alibi apte dicit. Nã si p legem iusticia: ergo xps gratis mortuus est. Hoc ergo declarat: & qd ipe cõmemora/sti. Euacuati estis a xpo q in lege iustificamini a gratia Gal.5. excidistis. Illos itaq; arguit q se iustificari i lege crede/bãt: nõ q legitima illa in eius honore a quo mandata sunt obseruabãt intelligẽtes: & qua p̃nũciãdæ uerita/tis rõne mãdata sint & quousq; debeãt ꝓdurare. Vnde Gal.5. est illud qd ait. Si spũ ducimini: nõ adhuc estis sub le/ge. Vnde uelut colligis apparere q sub lege est: nõ di/X spensatiue: ut nostros putas uoluisse maiores sed uere ut ego intelligo eũ spm̃sanctũ nõ habere. Magna mihi uidet' quæstio: qd sit esse sub lege sic quẽadmodum apl'us culpat. Neq; em̃ hoc eũ ꝓpter circũcisionẽ arbi/tror dicere: aut illa sacrificia quæ tũc facta a patribus: Exo.20. nũc a xpianis nõ fiũt: & cætera hmõi: sed hoc ip̃m etiã qd lex iubet. Nõ cõcupisces: quod fatemur certe xpia/nos debere obseruare: atq; euãgelica maxime illustra tione ꝓdicari. Legẽ dicit esse sanctã & mãdatũ sanctũ Ro.7. & iustũ: & bonũ. Deinde subiũgit. Quod ergo bonũ est mihi factũ est mors. Absit. Sed pctm̃ ut appareat pctm̃ p bonũ mihi operatũ est mortẽ: ut fiat supra modũ pctor: aut pctm̃ p̃ mãdatũ. Quod aũt hic dicit pctm̃ Ro.5. p mãdatũ fieri supra modũ hoc alibi ait. Lex subintrauit ut abũdaret delictũ. Vbi aũt abũdauit delictũ sup abũdauit & gratia. Et alibi cũ superius de dispẽsatiõe gratiæ loqueret' q ipa iustificet uelut iterrogans ait. Quid ergo lex. Atq; huic interrogatiõi cõtinui rñdit. Gal.3. Præuaricatõis gratia posita est: donec ueniret semen cui promissum est. Hos ergo dãnabiliter dicit esse sub le/ge quos reos facit lex nõ iplẽtes legẽ dũ nõ intelligẽ/do gratiæ beneficiũ ad facienda dei ꝑcepta q̃si de suis uiribus supba elatõe p̃sumũt. Plenitudo em̃ legis charitas. Charitas uero dei diffusa est in cordibus nostris nõ p nosip̃os: sed p spm̃sanctũ q datus est nobis. Sed huic rei quãtũ satis est explicãdæ plixior fortasse & sui ꝓprii uoluminis sermo debet'. Si ergo illud qd lex ait Nõ cõcupisces si humana infirmitas gratia dei adiuta nõ fuerit: sub se reũ tenet & ꝓuaricatorẽ potius dãnat q̃ liberat pctõrẽ quãtomagis illa quæ significationis cã ꝑcepta sunt circũcisio & cætera quæ reuelatiõe gratiæ latius innotescẽte necesse fuerat aboleri: iustificare neminẽ poterant. Nõ tn̄ ideo fuerant tãq̃ diabolica gẽtiũ sacrilegia fugiẽda: etiam cum ipa gratia iã cœperat reuelari: quæ umbris talibus fuerat p̃nũcia/ta: sed pmittẽda paululũ eis maxime q ex illo populo cui data sunt uenerãt. Postea uero tanq̃ cũ honore se Y pulta sunt a xpianis oibus irreparabiliter deferenda. Hoc aũt qd dicis nõ dispẽsatiue ut nostri uoluere maiores qd sibi uult oro te. Aut em̃ hoc est quod ego appello officiosum mendaciũ: ut hæc dispẽsatio sit officiũ uelut honeste mentiẽdi aut qd aliud sit oino non uideo nisi forte addito noie dispẽsatõis fiat ut mendacium nõ sit mẽdacium. Quod si absurdum est: cur ergo nõ apte dicis officiosum mẽdacium defendendũ nisi forte nomen te mouet quia nõ tã usitatum est in ecclesiasticis libris uocabulũ officii quod Ambrosius Ambro. noster non timuit q suos quosdam libros utilium ꝑceptionum plenos de officiis uoluit appellare. An si of/ficiose mentiat' quisq; culpandus est si dispẽsatiue approbãdus. Rogo te mentiat' ubi legerit qui hoc putat quia & in hoc magna quæstio est: sit ne aliquãdo mẽtiri uiri boni: immo uiri xpiani quãlibet dictũ est. Sit Mat.5. in ore uestro est est: nõ nõ: ut nõ sub iudicio decidatis Et q cum fide audiunt. Perdes oẽs q loquunt' mendaps.5. cium. Sed ut dixi & alia & magna quæstio est: eligat quod uoluerit q hoc existimat ubi mẽtiat' dũ tamen a scribẽtibus auctoribus sanctarum scripturarũ & maxime canonicarũ: inconcusse credat' & defendat' omni no abesse mẽdacium ne dispẽsatores xpi: de qbus di/1.Cor.5. ctum est. Hic iã quærit' inter dispẽsatores: ut fidelis qs inueniat' tanq̃ magnũ aliqd sibi fideliter didicisse uideant' pro ueritatis dispensatione mẽtiri cũ ipa fides in latino sermone ab eo dicat' appellata qa fit quod dicit'. Vbi aũt fit quod dicit' mentiendi utiq; nõ est locus. Fidelis igit' dispensator apostolus paulus procul dubio nobis exhibet in scribendo fidem: qa ueritatis dispensator erat nõ falsitatis. Ac per hoc uerũ scripsit uidisse se petrum non recte ingredientem ad ueritatẽ euangelii: eiq; in faciem restitisse q gentes cogeret iu/

daizare. Ipe uero petr9 quod a paulo fiebat utiliter libertate charitatis sancta ac benigna pietate humilitatis accepit: itaq; ita rarius & sanctius exemplū poste/ris pbuit: quo nō dedignarent sicubi forte recti tramitē religiōsent etiā a posterioribus corrigi: q̄ paul9 quo cōfidēter auderēt etiā minores maioribus p defendē/da euāgelica ueritate salua fraterna charitate resiste/re. Nam cum satius multo sit a tenēdo itinere in nullo q̄ in aliquo declinare: multo est tñ mirabili9 & laudabilius libēter accipe corrigētē: q̄ audacter corrige/re deviantē. Est laus itaq; iustæ libertatis in paulo: & sancte humilitatis in petro: quæ quātum mihi p mo/dulo meo uidet: magis fuerat aduersus calumniantē porphyrium defendēda q̄ ut ei daret obtrectādi maior occasio: qua multo mordaci9 criminaret xp̄ianos fallaciter: uel suas litteras scribere: uel dei sui sacramē
Z ta tractare. Flagitas a me ut aliquē saltem unum ostē dā: cuius in hac re sniam sim secutus: cū tu tam plures noiatim cōmemoraueris q te in eo quod astruis p̄cesserūt petēs ut in eo si te reprehendo errantē patiar te errare cum talibus. Quod ego fateor neminē legi: sz cū sint ferme sex uel septē horū quattuor auctoritatem tu quoq; infringis. Nā Laodicenū cuius nomē taces: de ecclesia dicis nuper egressum. Alexādrum aūt ueterē hæreticū. Origenē uero ac Didymū reprehensos abste lego in recētioribus opusculis tuis: & nō mediocriter nec de mediocribus qōnibus q̄uis Origenē mirabili/ter ante laudaueris. Cū his ergo errare: puto: quia nec teipe patieris q̄uis hoc pinde dicat: ac si in hac sentētia nō errauerint. Nā quis est q se uelit cū quolibet errare. Tres igit restāt. Eusebius emisenus. Theodorus Heracleotes: & quē paulo post cōmemoras iohānes: q dudū in pōtificali gradu cōstātinopolitanā rexit ecclesiā. Porro si quæras uel recolas: qd hīc senserit noster Ambrosius: qd noster itidē Cyprianus iuenies fortasse nec nobis defuisse quos in eo qd̄ asserimus seq̄remur quā q̄ sicut pauloante dixi: tātūmodo scripturis canonicis hāc ingenuā debeā seruitutē qua eas solas ita sequar: ut cōscriptores earū nihil in eis omnino erraſſe: nihil fallaciter posuisse nō dubitem. Proinde cū quæro tertiū: ut tres etiaz ego tribus opponā. Possem qdē (ut arbitror) facile repire si multa legissem. Verū tñ ipe mihi p his oībus: imo supra hos oēs aplos paul9 occurrit. Ad ip̄m cōfugio ad ip̄z oēs q aliud sentiunt litteralibus suis tractatibus p uoco ip̄m interrogās interpello & reqro: in eo qd̄ scriptū est ad Galathas: ui disse se petrū nō recte ingredientē ad ueritatē euangelii eiq; in faciē p̄pterea restitisse q̄ illa simulatione gētes iudaizare cogebat. Vtrū ueraz scripserit: an fortē nescio qua dispēsatiua falsitate mētitus sit. Et audio eū Paulo superius in eiusdem narratōis exordio religiosa uoce mihi clamantē. Quæ aūt scribo uobis: ecce coram Gal.1.
deo q̄a nō mentior. Dent ueniā q̄libet aliud opinantes: ego magis credo tanto apostolo in suis & p̄ suis
litteris iurāti: q̄ cuiq; doctissimo de alienis litteris di/sputāti. Nec dici timeo: sic paulum defendere q̄ non simularit errorem iudæoruz: sed uere fuerit in errore. Quoniā neq; simulabat errorē q libertate apostolica sicut illi tēpori cōgruebat: uetera illa sacramenta ubi opus erat agendo cōmendabat ea: nō solum sathane uersutia decipiēdis hominibus: sed dei p̄uidentia p̄nūciādis reb9 futuris p̄phetice cōstituta. Nec uere fuerat in errore iudæorum: q nō solum nouerat: sed etiā instanter & acriter p̄dicabat eos errare q putabāt gentibus imponēda uel iustificationi quorūcūq; fideliū necessaria. Quod aūt dixi eū factū iudæis tanq̄ iudæum A
& tanq̄ gentilem gentilibus nō mentiētis astu: sz cōpatiētis affectu quēadmodum dixerim parū mihi uisus es attēdisse: immo ego fortasse nō satis hoc explanare potuerim. Neq; em̄ hoc ideo dixi q̄ misericorditer illa simulauerit: sed q̄a sic ea nō simulauit quæ faciebat similia iudæis: quēadmodū nec illa quæ faciebat similia gētibus quæ tu quoq; commemorasti: atq; in eo me quod nō ingrate fateor adiuuisti. Cū em̄ abste quæsisse z in æpla mea quō putet ideo factus iudæis tanq̄ iudæus q̄a fallaciter suscepit sacramēta iudæoz cū & gentibus tāq̄ gētilis factus sit nec tñ suscepit fallaciter sacrificia gentiū. Tu nōdisti in eo factū gētib9 tanq̄ gētilē q̄ p̄putiū receperit q̄ indifferenter p̄miserit uesci cibis quos dānāt iudæi: Vbi ego quæro: utrū & hoc simulate fecerit. Quod si absurdissimū atq; falsissimū est. Sic ergo & illa in quibus iudæorum cōsuetudini congruebat libertate prudēti nō necessitate seruili aut quod est indignius dispēsatione fallaci potiq̄ fideli. Fidelibus em̄ & his q cognouerunt ueritatem sicut ipe testat: nisi forte & hic fallit: oīs creatura dei bona est: & nihil abiiciēdū qd̄ cū gratiarūactione accipit. Ergo & ipsi paulo nō solū uiro uerūetiam dispēsatori maxime fideli: nō solū cognitori: uerūetiam doctori ueritatis: oīs utiq; in cibis creatura dei non simulate: sed uere bona erat. Cur igit nihil simulate suscipiendo sacroz cerimoniarūq; gentilium: sed de cibis & p̄putio uera sentiēdo atq; docēdo tamen tāq̄ gētilis factus est gentibus & nō potuit fieri tāq̄ iudæus iudæis: nisi fallaciter suscipiendo sacramenta iudæorū Cur oleastro inserto obseruauit dispensatōis ueracz

fidē:& naturalibus ramis nō extra sed in arbore cōsti
tutis nescio qđ dispēsatoriæ uelamē simulatōis obten
dit. Cur factus tanq̄ gētilis gētibus qđ sentit docet qđ
agit sentit. Factus aūt tanq̄ iudæus iudæis: aliud clau
dit in pectore: aliud ꝓmit in uerbis in factis in scriptis
Gal.2. Sed absit hoc sapere. Vtriscq; em̄ debebat charitatē de
corde puro:& cōsciētia bona.& fide nō ficta. Ac per
hoc oībus oīa factus est: ut omnes lucrifaceret: nō mē
tiētis astu: sed compatiētis affectu. id est. nō oīa mala
hoīm fallaciter agēdo: sed alioq; oīm malis oībus tā/
q̄ si sua essent misericordis medicinæ diligentiam ꝓ/
curādo. Cū itaq; illa testamenti ueteris sacramēta etiā
sibi agenda miniме recusabat: nō misericorditer fal/
lebat: sed oīno nō fallēs: atq; hoc modo a dnō deo il
la usq; ad certi tpis dispēsationem iussa esse cōmēdās:
a sacrilegis sacris gētiū distinguebat. Tūc aūt nō mē/
tiētis astu: sed cōpatientis affectu: iudæis tanq̄ iudæ
fiebat qñ eos ab illo errore: quo uel in xp̄m credere no
lebāt: uel p uetera sacerdotia sua cerimoniarumq; ob
seruatōes se a pctis posse mundari: fieriq; saluos existi
mabāt: sic liberare cupiebat tanq̄ ip̄e illo errore tene
rēt: diligens utiq; ꝓximum tanq̄ seip̄m & hæc aliis fa
ciens: quæ sibi ab aliis fieri uellet: si hoc illi opus esset
Gal.2. Quod cum dns monuisset adiunxit. Hæc est em̄ lex &
pphetæ. Hūc cōpatiētis affectum in eadē æp̄la ad ga
Gal.5 lathas ꝑcipit dicēs. Si ꝓoccupatus fuerit hō in aliquo
delicto: uos q spirituales estis instruite hmōi in spū le/
nitatis intēdēs teip̄m: ne & tu tēteris. Vide si nō dixit
ferit tāq̄ ille: ut illum lucrifacias nō utiq; ut ip̄m deli/
ctum fallaciter ageret: aut se id habere simularet: sed
ut in alterius delicto qđ etiā sibi accidere posset atten
deret atq; ita alteri tāq̄ sibi ab altero uellet misericor
diter subueniret. Hoc est nō mētiētis astu: sed cōpatiē/
tis affectu. Sic iudæo sic gentili: sic cuilibet homī pau/
lus in errore uel pctō aliquo constituto non simulan
do qđ non erat: sed compatiendo: quia esse potuisset
tanq̄ qui se hoiem cogitaret: omnibus oīa factus est:
Rut oēs lucrifaceret. Teip̄m si placet obsecro te paulisp
intuere: teip̄m inq̄ erga me metip̄m & recole: uel si ha
bes cōscripta relege uerba tua in illa æp̄la quā mihi p
fratrē nostrū iā collegā meum Cyprianum breuiore
misisti q̄ ueraci q̄ germano q̄ pleno charitatis affectu
cuq; quædā me in te commisisse expostulasses grauiter
subiunxisti. In hoc ledit amicitia: in hoc necessitudi/
nis iura uiolant ne uideamur certare pueriliter & fau
toribus inuicē uel detractoribus nostris tribuere mate
riā contendēdi. Hæc abs te uerba non solum ex aio di
cta sentio: uerūetiā benigno aio ad cōsulendum mihi
Deniq; addis qđ etiā si nō adderes appareret: & dicis
Hæc scribo qa te pure & xp̄iane diligere cupio: nec qc
q̄ in mea mēte retinere qđ distet a labiis. O uir sancte
mihiq; (ut deus uidet aīam meā) ueraci corde dilecte:
hoc ip̄z qđ posuisti in litteris tuis: qđ te mihi exhibuis
se non dubito hoc ip̄m oīno ap̄lm paulum credo exhi
buisse in litteris suis non unicuilibet homini: sed iu/
dæis & græcis & oībus gentibus filiis suis quos in euā
gelio genuerat: & quos pariendos parturiebat: & de/
inde posterorum tot milibus fidelium xp̄ianorum ꝓ/
pter quos illa memoriæ commēdabat epistola: ut ni
hil in sua mente retineret qđ distaret a labiis. Certe fa
ctus es etiā tu tanq̄ ego non mentientis astu: sed com
patientis affectu: cum cogitares tam me non relinquē
dum in ea culpa in quam me prolapsum existimasti q̄
nec te uelles si eo mō ꝓlapsus esses. Vnde agens gra/
tias beniuolæ menti erga me tuæ simul posco: ut etiā
mihi non succenseas: q̄ cum in opusculis tuis aliqua
me mouerent motum meū intimaui tibi. Hoc erga me
ab omnibus obseruari uolens: quod erga te ip̄e serua/
ui: ut quicquid improbandum putant in scriptis meis
nec claudant subdolo pectore nec ita reprehendant
apud alios ut taceant apud me hinc potius existimās
ledi amicitiā & necessitudinis iura uiolari. Nescio em̄
utrum amicitiæ christianæ putandæ sint: in quib9 ma
gis ualet uulgare ꝓuerbium. Obsequium amicos ueri/ Terentiꝰ
tas odium parit q̄ ecclesiasticum. Fideliora sunt uul/ Pro. 27.
nera amici q̄ uoluntaria oscula inimici. Proinde cha
rissimos nostros qui nostris laboribus sinceriſſime sa
uent hoc potius quanta possumus instātia doceamus
quo sciant fieri posse. ut inter charissimos aliquid al/
terutro sermone contradicatur. nec tamen ipsa chari
tas minuatur. nec ueritas odium pariat. quæ debetur
amicitiæ siue illud uerum sit quod contradicitur. siue
corde ueraci qualecunq; sit dicitur non retinendo in
mente quod a labiis distet. Credant igitur fratres sa/ C
miliares tui quibus testimonium perhibes q̄ sint uasa
christi me inuito factum nec mediocrem de hac re do
lorem inesse cordi meo q̄ litteræ meæ prius in multo
rum manus uenerint q̄ ad te ad quez scriptæ sunt per
uenire potuerūt. Quo aūt mō id acciderit & lōgū est
narrare & nisi fallor supfluū cū sufficiat si qd mihi in
hoc credat nō eo factū aio quo putat. nec oīno meæ
fuisse uolūtatis aut dispositōis aut cōsensiōis aut saltē
cognitōis ut fieret. Hoc si nō credūt (quod deo teste lo
quor) quid amplius faciam nō habeo. Ego tamen ab
sit ut eos credam hæc tuæ sanctitati maliuola mente
suggerere ad excitandas inter nos inimicitias. quas

mia dñi dei nostri auertat a nobis: sed sine ullo nocẽ/
di aio facile de hoie humana uitia suspicari. Hoc ei me
de illis æquũ est credere: si uasa sunt xp̃i nõ in cõtume
liã: sed in honorẽ facta: & disposita in domo magna
a deo ad omne opus bonũ. Quod si post hãc attesta/
tionẽ meã: si in noticiã eoꝝ uenerit facere uoluerint q̃
nõ recte faciãt: & tu uides qd' sane scripserã: & nullũ
me librũ æduersus te Romã misisse: ideo scripserã: qa
D & liber nomen ab ipa æpla discernebam. Vnde oino
nescio qd aliud te audisse existimauerã: & Romã nec
ipam æplam: sed tibi miserã: & aduersus te nõ esse ar/
bitrabar: qd' sinceritate amicitiæ: siue ad admonẽduꝫ
siue ad te uel me abs te corrigẽdũ fecisse me noueram
exceptis aũt familiaribus tuis. teip̃m obsecro p gratiã
qua redẽpti sumus: ut quæcũq; tua bona quæ dñi pie/
tate tibi cõcessa sunt in litteris meis posui. Nõ me exi/
stimes insidioso blãdiloqo posuisse. Si qd aũt i te pec
caui: dimittas mihi. Nec illud qd' de te nescio cuiꝰ poe
tæ factũ: ineptius fortasse q̃ litteratius a me cõmemo/
ratũ est: amplius q̃ dixi: ad te trahas cũ cõtinuo subie
cerim nõ hoc ideo me dixisse: ut oculos cordis recipe/
res quos absit unq̃ ut amiseris sꝫ ut aduerteres quos sa
nos & uigiles haberes. Propter solã ergo παλιῳδιαν
si scripserimꝰ aliqd qd' scripto posteriore destruere de
beamꝰ: mitãdã nõ ꝓpter stesichoriꝰ cæcitatẽ quã cor di
tuo nec tribui nec timui attingẽdũ illud existimaui at/
q; idẽtidem rogo: ut me fidẽter corrigas ubi mihi hoc
opus esse, pspexeris. Quã q̃ em̃ secũdũ bonoꝝ uocabu
la quæ iã ecclesiæ usus obtinuit ep̃atus p̃sbyterio ma/
ior sit: tñ in multis rebus Augustinus Hieronymo mi/
nor est. Licet etiã a minore quolibet nõ sit refugiẽda
E uel dedignãda correptio. De interp̃tatõe tua iam mi/
hi psuasisti: qua utilitate scripturas uolueris transfer/
re de hebræis: ut scꝫ ea quæ a iudæis p̃termissa uel cor
rupta sunt proferres in mediũ sed insinuare digneris
a qbus iudæis utrum ab eisip̃is q ante aduẽtum dñi in/
terp̃tati sunt. Et si ita est: qbus uel quonã eoꝝ. An ab
istis posteriꝰ q propterea putari possunt aliqua de co
dicibus græcis uel subtraxisse uel in eis corrupisse ne il
lis testimoniis de xp̃iana fide uincerent'. Illi aũt ante
riores cur hoc facere uoluerint nõ iuenio. Deinde no
bis mittas obsecro interp̃tationẽ tuã de septuaginta:
quã te ædidisse nesciebã librũ quoq; tuũ cuius mentio
nẽ feci sti de optimo gñe interpretãdi cupio legere: &
adhuc nosse quõ coæquãda sit in interprete peritia li/
guaꝝ cõiecturis eoꝝ q scripturas edisserẽdo ptractant
quos necesse etiã si rectæ atq; unius fidei fuerit uarias
parere in multoꝝ locoꝝ obscuritate snias q̃uis neq̃q̃

ipsa uarietas ab eiusdem fidei unitate discordet sicut
etiã unus tractator secũdũ eãdẽ fideꝫ aliter atq; aliter
eundẽ locũ põt exponere: qa hoc eius obscuritas pati
tur. Ideo aũt desidero interpretationẽ tuã de septuagi
ta ut tanta latinoꝝ interpretũ q qualescunq; hoc auli
sunt quãtũ possumus imperitia careamus: & hi q mei
uidere putãt utilibus laboribus tuis: tãdẽ aliqñ si fieri
põt intelligant propterea me nolle tuã ex hebræo in/
terpretationẽ in ecclesiis legi ne contra septuaginta
auctoritatem tanq̃ nouũ aliquid proferentes magno
scandalo pturbemus plebes christi quaꝝ aures & cor
da illã interpretationẽ audire cõsueuerunt quæ etiam
ab aplis approbata est. Vnde illud apud ionã. Virgul
tum si in hebræo nec hædera est nec cucurbita sed ne/
scio qd aliud quod trũco suo nixũ nullis sustendãdũ
adminiculis erigat' mallẽ iã in oibus latinis cucurbi
tã legi. Nõ em̃ frustra hoc puto septuaginta posuisse.
nisi qa huic simile sciebant. Satis me imo fortasse plꝰ
q̃ satis tribus æplis tuis rñdisse arbitror quaꝝ duas p
Cyprianũ accepi unã p firmuꝫ. Rescribe quod usum
fuerit ad nos uel alios instruendos. Dabo aũt operaꝫ
diligentiorẽ quãtum me adiuuat dñs ut litteræ q̃s ad
te scribo priꝰ ad te pueniãt q̃ ad quẽq̃ a quo latiꝰ disp
gant'. Fateor ei nec mihi hoc fieri uelle de tuis ad me
qd' de meis ad te factuꝫ iustissime expostulas. Tñ pla/
ceat nobis inuicẽ non tm̃ charitas uerũetiam libertas
amicitiæ ne apud me taceas uel ego apud te quod in
nostris litteris uicissim nos mouet eo scꝫ aio q oculis
dei in fraterna dilectione non displicet. Quod si in/
ter nos fieri posse sine ipsius dilectiõis pnitiosa offen
sione non putas non fiat. Illa eni charitas quã tecum
habere uellem profiteor maior est. sed melior hæc mi
nor q̃ nulla est.

¶ Sancti Augustini episcopi ad beatum Hierony. pre
sbyterum expositionem petentis de eo quod scribit
in canonica iacobi. Si quis totã legẽ seruauerit offen/
dat aũt in uno factus est oim reus ubi plurima tractat
de connexione uirtutũ ac uitiorũ secũdũ philosopho
rum catholicorũq; sententias. Epi. XXXVIII

QVod ad te scripsi honorande mihi in
xp̃o frater Hiero. q̃rẽs de aia hũana si
nascẽtibꝰ singulis nouæ singulæ nũc
usq; fiũt ubi peccati uinculũ contra/
hũt quod per sacramẽtum gratiæ xp̃i
etiã i infantibus recẽter natis soluẽdũ eẽ nõ dubitamꝰ
cũ in nõ puũ uolumẽ pcederet nolui ulla alia oneri/
re quæstione: sed quod urget acrius multo minus est
negligendũ. Proinde quæro: & p deum obsecro: ut ei

lac. 2.

ponas mihi qđ multis existimo ꝓfuturꝫ: aut si iam uel abs te uel ab alio aliquo expositū habes. dirigas nobis quō accipiēdum sit: qđ in æpla aplī iacobi scriptū est. Quicūq; em̄ totā legem seruauerit: offendat autez in uno: factus est oím reus: quæ res talis ac tanta est: ut qđ hinc tibi nō iā olim scripsi multū me pœniteat. De agenda nāq; ꝑsenti uita quō ad uitaz pueniamus æternā: nō de ꝑterita ꝑscrutāda quā penitus demersit obliuio sicut ē illud quod de aía querēdū putaui: hæc uertit̄ quæstio. Elegāter aūr dictū esse narrat̄: qđ huic rei satis apte cōuenit. Cū qdā ruisset in puteum: ubi aq̄ tāta erat: ut eū magis exciperet ne moreret̄: q̄ suffocaret ne loqueret̄: accessit alius & eo uiso admirans ait. Quō huc cecidisti. At ille. Obsecro inquit cogita quō hinc me liberes: nō quō huc ceciderim quæras. Ita q̄m fatemur: & fide catholica tenemus de reatu peccati tā q̄ de puteo etiā paruuli infantis aíam xp̄i gratia liberādā satis est ei q; modū quō salua fiat nouimus etiaz si nunq̄ quō in malū illud deuenerit nouerimus. Sz ideo putaui esse quærendū: ne forte ex illis opinionibus incarnatōis aíæ aliquā teneamus incautius quæ liberādā ꝓrsus aíam paruuli cōtradicat negās eā esse in isto malo. Hoc igit̄ firmissime retēto q; aía paruuli de reatu peccati liberāda est: nec alio modo liberāda: nisi gratia dei p iesum xp̄m dn̄m nostrū: si possum9 etiā ipsius mali cām & originē nosse: uaniloqs nō disputatoribus sed litigatoribus patius instructiusq; resistim9 Si aūt nō possum9 nō qa latet miseriæ principiū: ideo pigrescere miæ debet officiuz. Aduersus eos aūt q sibi uident̄ scire qđ nesciūt: hoc tutiores sum9 q; hāc ignorātiā nostrā non ignoramus. Aliud est em̄ qđ nescire malū est: aliud qđ sciri uel nō pōt: uel nō op9 est: uel ad uitā quā quærimus indifferēs est. Hoc uero qđ de litteris aplī iacobi nūc reqro: in hac ipa qua uiuimus & ut semp uiuamus deo placere studemus actiōe uer/

Glaſ. Quō igit̄ intelligēdū est obsecro te. Quicūq; totā legē seruauerit offendat aūt in uno factus est oíz reus ne q furtū fecerit: immo uero q dixerit diuiti. Sede hic pauperi aūt tu sta illic & homicidii & adulterii & sacrilegii reus est. Quod si nō est quō qui í uno offendat factus est oím reus. An illud qđ dixit de diuite & paupere ad ista nō ptinet quoꝝ si quis í uno offende/rit factus est oím reus. Sed recolendum est unde uenerit illa snia: & quæ illā supiora pepererit: quibusq; cōnexa depēdeat. Fratres mei: nolite inqt in psonarum acceptiōe habere fidē dn̄i nostri iesu xp̄i gloriæ. Etem̄ si introierit in cōuētu nostro uir annulū aureū habēs inueste candida introierit autem & pauper in sordido habitu & intendatis in eum qui indutus est ueste præclara: & dicatis ei. Tu sede hic bene pauperi autez dicatis tu sta illic aut sede sub scabello pedum meorū nōne iudicatis apud uosmetipos: & facti esti s iudices cogitationum iniquarum. Audite fratres dilectissimi: nōne deus elegit pauperes in hoc mūdo: diuites in fide: & hæredes regni qđ repromisit deus diligentibus se. Vos autem exhonorastis pauperem ꝓpter illum scilicet cui dictum est. Sta illic cum habenti annulum aureum dictum esset: tu sede hic bene. Ac deinde sequit̄ eandem ip̄am sententiam latius uersans & explicans. Nonne inquit diuites p potentiaz opprimūt uos: & trahunt ad iudicia. Nonne ip̄i blasphemāt bonum nomen quod inuocatum est sup uos. Siquidem legem perficitis regalem scd̄m scripturam. Diliges ꝓximum tuum sicut teip̄m benefacitis. Si autem accipitis personas pct̄m operamini redarguti a lege quasi transgressores. Vide quemadmodum transgressores legis appellat: qui dicunt diuiti sede hic & pauperi sta illic. Vnde ne putarēt contemptibile esse pct̄m in hac una re legem trāsgredi secutus adiunxit. Quicūq; totā legez seruauerit offendat autem in uno factus est omnium reus. Qui em̄ dixit. Non mœchaberis dixit. Et non occides. Quod si non occidis mœcharis autē factus es transgressor legis ꝓpter id qđ dixerat. Redarguti a lege quasi transgressores. Quæ cum ita sint consequens uidet̄: nisi alio modo intelligendum ostēdatur: ut qui dixerit̄ diuiti. Sede hic & paupi sta illic huic non honorem quem illi deferens: & idolatra & blasphemus & adulter & homicida: ne quod longum est cuncta commemorem: reus omnium criminum iudicandus est. Offendens quippe in uno factus omnium H reus. At em̄ q unam uirtutem habet omnes habet: & qui unam non habet: nullam habet. Hoc si uerum est confirmatur ista sententia: sed ego eam exponi uolo: non confirmari quæ per seipsam apud nos omnibus philosophorum auctoritatibus firmior est. Et illud q dem de uirtutibus & uitiis si ueraciter dicitur: non est consequens ut propter hoc omnia peccata sint paria. Nam illud de inseparabilitate uirtutum nisi forsitan fallor: tamen si uerū memini (quod uix memini) omnibus philosophis placuit: qui easdem uirtutes agendæ uitæ necessarias esse dixerunt. Hoc autem de parilitate pct̄ōrum soli stoici ausi sūt disputare cōtra omnē sensum generis humani quam eoruz uanitatem in ioviniano illo qui in hac sententia stoicus erat in aucupādis aūt & defensandis uoluptatib9 epicure9 de scripturis sāctis dilucidissime conuicisti. In qua tua sua/

uissima & ꝑclarissima disputatõe satis euidẽter appa/
ruit: nõ placuisse auctorib9 nostris uel ipsi, potius quæ
p eos locuta est ueritati: oía esse paria pcta. Quõ autẽ
fieri possit: ut etiã si hoc de uirtutib9 uerũ ẽ: nõ tñ ideo
cogamur fateri æq̃litatẽ oĩm pctõꝝ quãtũ possum ad
I iuuãte dño apire conabor. Quod si effecero, approba/
bis: ubi uero causæ defuero: tu supplebis certe hinc p/
suadẽt: q unã uirtutẽ habuerit habere oẽs: & oẽs deesse cui una defuerit q̃ prudẽtia nec ignauia nec iniusta
nec intẽperãs põt esse nã si aliqd horꝝ fuerit prudẽtia
nõ erit. Porro si prudẽtia tũc erit si & fortis & iusta &
tẽperãs sit: pfecto ubi fuerit secũ hz cæteras. Sic & for
titudo imprudẽs esse nõ põt uel intẽperãs: uel iniusta
sic tẽperãtia necesse est: ut prudẽs fortis & iusta sit. Sic
iusticia nõ ẽ nisi sit prudẽs fortis tẽperãs. ita ubi ẽ una
uera aliqua earꝝ: & aliæ similiter sunt. Vbi aũt aliæ de
sunt: uera una illa nõ est: etiaz si aliquo modo similis
K esse uideat. Sũt em̃ (ut scis) quædã uitia uirtutibus ap
ta: discretione cõtraria: ut imprudẽtia prudẽtiæ. Sunt
autem quædam quæ tm̃ uitia sunt: ideo cõtraria qua/
dã tamẽ specie fallaci similia: ut eidem prudẽtiæ non
imprudẽtia sed astutia. Nũc em̃ eã dico astutiam: quæ
usitatius in malicios intelligi & uocari solet: non si/
cut nostra log scriptura cõsueuit: quæ sæpe astutiam
Mat. 10. in bono ponit. Vnde. Estote astuti ut serpẽtes: & illud
Vt & innocẽtibus det astutiã q̃ q̃ & apud illos roma/
næ linguæ disertissimus dixerit. Neq; illi tñ ad cauen/
dum dolus aut austutia deerãt astutiã ponẽs in bono
sed apud illos rarissimuz apud nostros frequẽtissimũ
est. Itẽq; in partibus temperãtiæ apertissime contraria
est effusio parsimoniæ. Ea uero quæ tenacitas dici uul
go solet: uitium quidẽ est: tñ parsimoniæ simile nõ na
tura: sed fallacissima specie. Itẽ dissimilitudine mani/
festa cõtraria est iniusticia iusticiæ. Solet aũt quasi imi
tari iusticiã uindicãdi se libido: sed uitium est. Ignauia
fortitudini pspicuæ cõtraria est: duritia uere distat na
tura fallit similitudine. Cõstantia pars quædã uirtutis
est. Ab hac incõstãtia lõge abhorret: & indubie cõtra
sistit. Pertinacia uero cõstãtia dici affectat & nõ est qa
L illa est uirtus hoc uitium. Vt ergo nõ iterum hæc eadẽ
commemorare necesse sit: exempli gratia ponam9 ali
Salustius quid unde possint cætera intelligi. Catilina ut de illo
scripserũt q nosse potuerũt frigus sitim famẽ ferre po/
terat eratq; patiẽs inediæ algoris uigiliæ supra q̃ cuiq̃
credibile est ac p hoc & sibi & suis magna p̃ditus forti
tudine uidebat. sed hæc fortitudo prudẽs nõ erat ma
la em̃ p bonis eligebat. Tẽperãs non erat corruptelis
em̃ turpissimis fœdebat. Iustus nõ erat nã contra pa/
triã coniurauerat. Et ideo nec fortitudo erat: sed duri
tia sibi ut stultos falleret nomẽ fortitudinis ponebat
Nã si fortitudo esset nõ uitiũ sz uirt9 esset. Si aũt uirt9
essz a cæteris uirtutibus tãq̃ inseparabilib9 comitibus
nunq̃ relinqueret. Quapropter dum quærit etiaz de
uitiis utrum ipa similiter omnia sint. ubi unuz erit aut
nulla sint. ubi unum non erit laboriosum est id osten
dere, pterea quia uni uirtuti duo uitia opponi solent
Et quod aperte contrarium est & quod specie similitu
dinis adumbrat. Vnde illa Catilinæ qa fortitudo nõ
erat quæ esset cum, secum uirtutes alias non habebat
facilius uidebat. Quod uero ignauia fuerit ubi exerci
tatio quaslibet grauissimas molestias perpetiẽdi atq;
tolerãdi supra q̃ cuiq̃ credibile est fuit. ægre persuade
re potest. Sed forte acutius intuentibus ignauia appa
ret ipsa duritia quia laborem bonorum studiorum q/
bus uera acquiritur fortitudo neglexerat. Verũtamẽ
quia sunt audaces qui timidi non sunt. & rursus timi
di quibus abest audacia cum sit utrũq; uitium quoniã
qui uera uirtute fortis est nec temere audet nec incon
sulte timet cogimur fateri uitia plura esse uirtutibus.
Vnde aliqñ uitium uitio tollit. ut amore laudis amor
pecuniæ aliquando unum cædit. ut plura succedant.
uelut qui ebriosus fuerit si modicum biberit & tenaci
tatem & ambitionem didicerit. Possunt itaq; uitia etiã
cedere uitiis succedentibus non uirtutib9 & ideo plu
ra sunt. Virtus uero quo una ingressa fuerit. quoniam
secũ cæteras ducit, pfecto uitia cedent omnia quæcũq;
inerant. Non em̃ omnia inerant sed aliquando toti/
dem aliquando plura paucioribus uel pauciora plu/
ribus succedebãt. Hæc utrum ita se habeãt diligentius
inquirendum est. Non em̃ & ista diuina sententia est
qua dicitur. Qui unã uirtutem habuerit omnes habet
eiq; nulla inest cui una defuerit: sed hominib9 hoc ui
sum est multum quidez ingeniosis studiosis sed tamẽ
hominibus. Ego uero nescio quemadmodum dicam
Non dico uirũ a quo denoiata dicit uirtus: sed etiam
mulierẽ quæ uiro suo seruat thori fidẽ si hoc faciat p/
pter p̃ceptũ & pmissum dei: & quæ primitus sit fidelis
non habere pudicitiam aut pudicitiã nullã uel paruã
esse uirtutem. Sic & maritum qui hoc idem seruat uxo
ri: & tamẽ sunt plurimi tales quorum sine aliquo pec
cato esse neminem dixerim. & utiq; illud qualecunq;
peccatum ex aliquo uitio uenit. Vnde pudicitia con/
iugalis in uiris fœminisq; religiosis cum, pculdubio
uirtus sit: non enim aut nihil aut uitium est: non tamẽ
secum habet oẽs uirtutes. Nã si oẽs ibi essent: nullum
esset uitium: nullum omnino peccatum. Quis autem

sine aliquo peccato. Quis ergo sine aliquo uitio: id est nomite quodam uel q̃si sine radice peccati cum clamet qui supra pectus dñi recumbebat. Si dixerimꝰ qa pc̃m nõ habemus nosipos seducimus: & ueritas i nobis nõ est. Neq; hocapud te diutius agendũ est: sz ꝓpter alios q forte hoc legerint dico. Nam tu qdẽ in eo deipo opere splẽdido cõtra iouinianum etiam hoc de Scripturis sanctis diligẽter ꝓbasti. Vbi etiã ex hac ipsa epistola: cuius uerba sunt quoꝝ nũc intellectũ requirimus posuisti qd scriptũ ẽ. In multis eñ offendimus omnes non enim ait: offenditis: sed offendimus omnes cũ xpi loquerer apls & cũ hoc loco dicat. Quicũq; aũt totã legẽ seruauerit offendat aũt in uno factus est oim reus. Ibi nõ in uno: sed in multis nec quosdã sed oẽs dicit offendere. Absit autez ut quisq; fidelis existimet tot milia seruorũ xpi q ueraciter dicunt se habere pc̃m ne seipos decipiãt & ueritas in eis non sit nullã habere uirtutẽ cũ uirtus magna sit sapientia. Dixit autem ipa sapientia homi. Ecce pietas est sapiẽtia. Absit ergo ut dicamus tot ac tantos fideles & pios homies dei nõ habere pietatẽ quã græci uel eusebiam uel exps sius & plenius theosebiã uocãt. Quid aũt pietas ẽ nisi dei cultus. Et unde ille colit nisi charitate? Charitas igit de corde puro & cõsciẽtia bona: & fide non ficta & uera uirtus est qa ipa est & finis præcepti. Merito dicta est fortis sicut mors siue qa nemo eam uincit sicut mortẽ siue qa in hac uita usq; ad mortem est mensura charitatis sicut dñs ait. Maiorem hac charitatẽ nemo habet q̃ ut aiam suam ponat ꝓ amicis suis siue potius quia sicut mors aiam euellit a sensib9 carnis sicut charitas a concupiscentiis carnalibus. Huic subseruit sciẽtia cum est utilis nam sine illa inflat. Quod uero illa ædificãdo impleuerit nihil ibi ista inane qd inflet inueniet. Vtilem porro sciam definiendo monstrauit: ubi cum dixisset. Ecce pietas est sapiẽtia continuo subiunxit. Abstinere uero a malis sciẽtia est. Cur ergo nõ dicimus q hanc uirtutem habet habere oẽs cuz pleni tudo legis sit charitas. An quanto magis est in homie tanto magis est uirtute p̃ditus. Quãto aũt min9 tanto minus est uirtus: qa ipsa est uirtus. & quãto minus est uirtus tanto maius est uitiũ. Vbi ergo illa plena & perfecta erit nihil ex uitio remanebit. Proinde mihi uidẽtur stoici falli qa ꝓficiẽtẽ hoiem in sapiẽtia nolũt omnino habere sapiẽtiam. sed tũc habere cum in ea omnino ꝓfectus fuerit non qa illũ ꝓfectũ negant. sed nisi ex ꝓfundo quodã emergẽdo repẽte emiscet i auras sapiẽtiæ liberas nulla ex pte esse sapientẽ. Sicut eñ nihil interest ad hoiem ꝓfocandum utrum aquã stadiis multis sup se habeat altam aut unum palmum aut digitum sic illos q tendunt ad sapiẽtiam ꝓficere qdẽ dicunt tanq; abimo surgentes gurgitis in aerẽ. sed nisi totam stulticiam uelut opprimẽtẽ aquam proficiẽdo uelut emergẽdo euaserint: nõ habere uirtutẽ: nec esse sapiẽtes. Vbi aũt euaserint: mox habere totam nec qcq; stulticiæ remanere: unde omnino ullum pc̃m possit existere. Hæc similitudo ubi stulticia uelut aqua: & sapiẽtia uelut aer ponit ut animus a ꝓfocatione stulticiæ tanq; emergens in sapiẽtia repente respiret: non mihi uidet satis accommodata nostrarum scripturarum auctoritati. Sed illa potius ut uitium uel stulticia tenebris luci aũt uirtus & sapiẽtia comparet: q̃tũ ista similia de corporalibus ad intelligibilia duci possunt Nõ itaq; sicut de aqs in aerẽ surgẽs: ubi earuz summũ transierit: repẽte quãtũ sufficit inspirat: sed sicut de tenebris in lucẽ ꝓcedẽs paulatim ꝓgrediẽdo illuminat Quod donec plenissime fiat: iam eum tamẽ dicimus tanq; de abditissima spelunca egredientẽ: uicinia lucis afflatũ tanto magis quanto magis ꝓpinquat egressus: ut illud qd in eo lucet: sit utiq; ex lumine quo ꝓgredit. Illud aũt qd adhuc obscurũ est: sit ex tenebris unde egredit. Itaq; & nõ iustificabit in conspectu dei oĩs uiuens: & tñ iustus ex fide uiuit. Et induti sunt sancti iusticia: alius maius alius minus. Et nemo hic uiuit sine pc̃tõ: & hoc alius maius alius min9. Optim9 aũt est q minimum. Sed qd ego tanq; oblitus loquor doctori similis factus sum: cũ ꝓposuerim qd abs te discere uelim. Sed quia de pc̃tõrũ pari'itate: unde ad id qd aiebam incidit quæstio examinãda tibi sniam meam ꝓmere statueram: iam eam tandem aliquando concludam. Quia & si uerum est: eum qui habet unã omnes habere uirtutes eum qui unam non habet nullaz habere. Nec sic peccata sunt paria: quia ubi uirtus nulla est: nihil quidam rectum est: nec tamen ideo non prauo prauius est: distortoq; distorti9. Si autem quod puto esse uerius sacrisq; litteris congruentius: ita sunt animæ intentiones ut corporis membra non q̃ uideãtur locis: sed q̃ sentiantur affectibus: & aliud illuminatur amplius: aliud min9 aliud omnino caret lumine: & tenebroso inumbratur obstaculo: profecto ita ut quisq; illustratione piæ charitatis affect9 est in alio actu magis in alio minus: in aliquo nihil sic potest dici habere aliam: & aliam non habere: aliam magis: aliam minus habere uirtutem. Naz & maior est in isto charitas: q̃ in illo: recte possumus dicere: Est aliqua in isto nulla in illo q̃tuz pertinet ad charitatẽ q̃ pietatis est: & in ipso uno homine q̃ maiorem habuit pudici/

ps. 142.

tiam q̄ patientiā & maiorē hodie q̄ heri ſi ꝓficit & ad huc nō habeat cōtinātiā: & habeat nō paruā mīam: & ut gn̄aliter breuiterq; cōplectar: quā de uirtute habeā notionē. qđ ad recte uiuēdū attinet: uirtꝰ eſt charitas qua id qđ diligēdū eſt diligit᷑. Hæc in aliis maior: in aliis minor: in aliis nulla eſt. Pleniſſima uero q̄ iā nō poſſit augeri: q̄diu hō hic uiuit eſt in nemine. Quādiu aūt augeri pōt ꝓfecto illud qđ minus eſt q̄ debet ex ui
3. reg. 8. tio eſt. Ex quo uitio nō eſt iuſtus in terra q faciat bonū
ps. 142. & nō peccet. Ex quo uitio nō iuſtificabit᷑ in cōſpectu
1. ioh. 1. dei oīs uiuēs. Propter qđ uitiū: ſi dixerimꝰ qa pc̄tm̄ nō habemus: noſmetip̄os ſeducimus & ueritas in nobis nō eſt ꝓpter qđ etiā quātūlibet ꝓfecerimꝰ neceſſariuꝫ
Mat. 6. eſt nobis dicere. Dimitte nobis debita noſtra: cū iam oīa i baptiſmo dicta facta cogitata dimiſſa ſint. Quid itaq; q recte uidet unde & q̄n: & ubi ſperāda ſit illa p/fectio cui nō ſit: quod adiici poſſit. Si aūt p̄cepta non eſſent: nō utiq; eſſet ubi ſe hō certius inſpiceret & uide ret unde auerteret᷑. quo conaret᷑ quare gratularet᷑ qđ
Q p̄careť. Magna eſt ergo utilitas p̄ceptoꝝ ſi libero arbi
Iac. 2. trio tm̄ deſ: ut gratia dei amplius honoret᷑. Quæ ſi ita ſe hn̄t: unde fiet oīm reus: ſi in uno offendat q totā le/
Ro. 13. gē ſeruauerit. An forte qa plenitudo legis charitas ē: qua deus ꝓximuſq; diligit᷑: in q̄bus p̄ceptis charitatis tota lex pēdet & ꝓphetæ: merito ſit reus oīm q contra
Mat. 22. illā facit i qua pēdēt oīa. Nemo aūt peccat niſi aduer/ſus illā faciēdo qa nō adulterabis nō homicidium fa cies nō furaberis: nō cōcupiſces: & ſi qđ aliud eſt mā datū in hoc ſermone recapitulat᷑: in eo q diligis ꝓxi/
Ro. 13. mū tuū tā q̄ teip̄m. Dilectio ꝓximi malū nō opat᷑. Ple nitudo aūt legis charitas. Nemo aūt diligit ꝓximū ni ſi diligēs deū: & hoc quātū pōt ꝓximo impēdat quem diligit tā q̄ ſeip̄m: & ut ille diligat deū quē ſi ipe nō di ligit: nec ſe nec ꝓximū diligit. Ac p hoc q totā legē ſer uauerit ſi in uno offenderit: fit oīm reus. qa cōtra cha ritatē facit: vñ tota lex pēdet. Reus itaq; fit oīm: faciē
R do cōtra eā: in qua pēdēt oīa. Cur ergo nō dicant᷑ pa/ria pc̄tā. An forte qa magis facit cōtra charitatē q gra uius peccat minus q leuius. Et hociꝑo qđ admittit fit qđē oīm reus ſed grauius peccans uel in pluribus pec cās magis reus. Leuius autem uel in paucioribus pec/cās: minus reus tanto maiore ſcilicet reatu quāto am/plius tāto minore quāto minus peccauerit: tn̄ etiā ſi i uno offenderit reus eſt: qa cōtra eā facit: i q̄ pēdēt oīa.
Iac. 3. Quæ ſi uera ſūt: eo mō & illud abſoluit᷑ qđ ait hō etiā aplicæ gratiæ. in multis em̄ offendimꝰ oēs. Oēs em̄ of fendimus: ſed unus grauiꝰ: alius leuiꝰ. Quanto q̄ſq; grauius leuiuſq; peccauerit tāto in pc̄tō cōmittēdo ma ior q̄to in diligēdo deo & ꝓximo minor. Et rurſus tan to minor in pc̄ti ꝓpetratiōe q̄to maior in dei & ꝓximi dilectione. Tāto itaq; plenior iniqtatis q̄to inanior charitatis. Et tūc pfecti ſumus in charitate qñ nihil re ſtat ex infirmitate. Nec ſane quātū arbitror putādum eſt leue eſſe pc̄tm̄ in ꝓſonaꝝ acceptione habere fidem dn̄i noſtri ieſu xp̄i ſi illā diſtātiā ſedēdi ac ſtādi ad ho nores eccl̄iaſticos referamus. Quis em̄ ferat eligi diui tē ad ſedē honoris eccl̄iæ cōtēpto paupe inſtructiore atq; ſanctiore. Si aūt de quotidianis conceſſibus log/tur qs non hic peccat. Si tn̄ peccat niſi cū apud ſeip̄m intus ita iudicat: ut ei tāto melior q̄to ditior illo eē ui deat᷑. Hoc em̄ uidet᷑ ſignificaſſe cū dicit. Nonne iudi/catis apud uoſmetip̄os: & facti eſtis iudices iniquarū la cogitationū. Lex itaq; libertatis lex charitatis eſt de q̄ dicit. Si tn̄ ꝓficitis legē regalē ſcd̄m ſcripturas. Diliges ꝓximū tuū ſicut teip̄m benefacitis. Si aūt ꝓſonas acci pitis pc̄tm̄ opamini redarguti a lege tā q̄ trāſgreſſores Et poſt illā ſniam ad intelligendū difficillimā de qua ſatis dixi: quod eſt dicēdū putaui eādē legē libertatis
Iac. 2. commemorās. Sic loquamini inqt & ſic facite ſicut p legē libertatis incipiētes iudicari. Et quoniā qđ paulo ante dixerit nouit quoniā in multis offendimus oēs: ſuggerit dn̄icā tan q̄ quotidianā quotidianis: & ſi le/uioribus tn̄ uulneribus medicinā. Iudiciū enī inqt ſi/ne mīa illi q non facit mīam. Hinc enī & dn̄s: dimitti te inqt & dimittet᷑ uobis date & dabit᷑ uobis. Superet altat aūt mīa iudiciū nō ei ē aduerſo iudicio ſꝫ ſuper/altat qa plures p mīam colligunt᷑. Sed q mīam p̄ſtite rūt. Beati enī miſericordes quia ipſis miſerebit᷑ deꝰ & hoc utiq; iuſtum eſt: ut dimittat᷑ eis: quia dimiſerūt: & detur eis: quia dederūt. Ineſt quippe deo & miſericor dia iudicanti: & iudicium miſeranti: propter quod et dicitur. Miſericordiam & iudicium cantabo tibi domi ne. Nam quiſquis uelut nimium iuſtus iudicium ſine miſericordia quaſi ſecurus expectat: iram ſanctiſſi/mam prouocat quam timēs ille dicit. Ne intres in iu/dicium cum ſeruo tuo. Vnde dicitur populo contu/maci. Quid uultis mecum iudicio contendere. Cum enim rex iuſtus ſederit in throno quis gloriabitur ca/ſtum ſe habere cor. Aut quis gloriabitur mundum ſe eſſe a peccato. Quæ igitur ſpes eſt: niſi ſupexaltet mi/ſericordia iudicium. Sed erga illos qui miſericordiā fecerunt ueraciter dicēdo. Dimitte nobis ſicut & nos dimittimus: & ſine murmuratione dando. Hilarem enim datorem diligit deus. Deniq; ſanctus Iacobus: iam exiſto loco de miſericordiæ operibus loquitur: ut quos uehementer illa ſententia terruerat conſolet᷑

cū admonet: quō etiam quotidiana pctā sine qb9 hic nō uiuit quotidianis remediis expient ne hō q cū in uno offenderit: sit oī3 re9 i multis offēdēdo qa i mltis offendim9 pp magnū aggerē reat9 sui minutati colle cū ad tribūal tāti iudicis puēiat & eā quā nō fec mia3 nō iuēiat: s3 poti9 dimittēdo atq; dādo mereat sibi di mitti pctā reddiq; pmissa. Multa dixi qbus tibi tædiū fortassis inferrez q hæc quæ tñ approbas nō expectas discere q; ea docere cōsueuisti. Si qd aūt est in eis q̄tuz ad rē ipam ptinet: nā quali eloqo explicata sint: non nimis curo. Si qd ergo in eis est qd eruditionē offen/ dat tuā quæso: ut rescribēdo admoneas & me corrige re nō graueris. Infœlix est em̄ q nō tātos etiā sanctos uoz studioz labores: & digne honorat: & de his do mino deo nostro cuius munere talis es gratias agit. Vnde cū libētius debeā a quolibet discere qd inutili/ ter ignoro q̄ prōpti9 quoslibet docere qd scio q̄ to'iu stius abs te hoc charitatis debitū flagito cuius doctri/ na in noīe & adiutorio dñi tm̄ in latina lingua eccle/ siasticæ litteræ adiutæ sunt q̄ tū un̄q; antea potuerūt. Maxime tñ istā sniam. Qui cūq; totā legē seruauerit of fendat aūt in uno factus est oīm reus: si quo alio mō exponi melius posse nouit tua dilectio p dñz obsecro ut id nobi scum communicare digneris.

¶ Beati Augustini hipponēsis epi ad Hiero. de origi ne aiæ ubi sciscitat ab illo: si illa snia sequēda sit: qd nascētibus singulis aiæ de nouo creatæ infundantur: quō sit satisfaciēdū quærēti: ubi cōtraxerit aia reatum quo trahat i cōdēnationē: nisi p sacramētū baptismi illi gratia xpi subuenerit. Epi. XXXIX

